

molle esse. Plinii verba mox considerabimus. Vulgata lectio *επιφυλλόκαρπον* & probabilior videtur; quippe Theophrastus laurum Alexandream *επιφυλλόκαρπον* scribit. *Επιφυλλόκαρπον* planta est, quæ folii dorso fert fructum, *επι τῆς ῥάχης* & φύλλου, ut loquitur Theophrastus. De hac voce mox plura. Non potest planta hæc dici *επιφυλλόκαρπον*. Theoph. lib. 6. hist. cap. 1. *επιφυλλόκαρπον* vocat, quæ foliis

sunt omni ex parte sic in spitas divisis, & abeuntibus, ut tangenti nihil præter spinas occurrat. *φυλλόκαρπον* vocari idem scribit Stephanus. Plin. loc. cit. *carphillon* vocari scribit, quod idem est: non alia de causa nomen hoc inditum, quam quod fructus ex folio dependeat. *χαμῆδαϊφίλου* & Plinius & Stephanus vocari scribunt. Dioscorides *chamædaphnen* quidem laurum Alexandream vocari

Hypoglossum Penæ & Lobelii.



Uvularia mas Brunfestii. Vulgare Hypoglossum.



tradit, verum laurum Alexandream non refert nuncupari *chamædaphnen*. Sed tempus est, ut ad descriptionem ipsius plantæ veniamus. Theoph. *επιφυλλόκαρπον* εἶναι, id est, ut ipse exponit, *επι τῆς ῥάχης* & φύλλου, id est, ex dorso ipsius folii spina fructum ferat. Dioscorides *επι μέσσοις φύλλοις*. lib. 4. cap. 147. ubi ait, *φύλλα* ἔξυμυρσίην ὁμοία ἔχει, *μείζονα* ἢ τῆς *μαλακώτερον*, καὶ *λεωπότερον* καρπὸν ἢ ἐν μέσσοις ἰσοδρόν, *ἰριβίδου* τὸ μέγεθος. *κλιώνας* ἐπι τῆς *σπιθαμιαίου* ἢ *μείζονος* ῥίζου *πυρροῦ* ὡς *πυρροῦ* τῆς ἔξυμυρσίης *μείζονα* ἢ, & *δαίδη*, & *μαλακώτερον*. *φύλλα* ἐν τόποις ἄριστοις. Foliis est myrti sylvestris, majoribus foret (*interpres* quidam minoribus vertit, quali scriptum foret *μείζονα*) tamen, mollioribus, & candidioribus: fructu in mediis foliis rubro, cicercis magnitudine; ramos vero per terram spargit dodrantes, interdum etiam majores, radice myrti sylvestris simili, at majore, odorata, mollioreque. Nascitur in montosis. 'Εν μέσσοις inquit, id est, ἐν μέσσοις φύλλοις mediis foliis. Sic cap. præcedenti de rusco. Τὸν ἢ *καρπὸν* *σπορῦλον*, ἐν μέσσοις ἢ τῆς *πέταλα* *ἀειφύων*. Fructum rotundum medio folio inberentem. Eleganter Theoph. lib. 1. cap. 16. *ἔνια* ἢ *φύλλον* *καρποφόρον* ἐστὶν *μακρὸν* *ἀειφύων* ἢ *καρπὸν*, ὡς *σπορὸν* ἢ *ἀειφύων* *δαίδη* *επιφυλλόκαρπον*. Foliorum quædam fructifera sunt, fructu mediis foliis amplectentia, ut laurus Alexandria fructum super folii dorso gerens. Quæ igitur *επιφυλλόκαρπον* sunt, ea *μακρὰ* *ἀειφύων* ἢ *φύλλον* τὸ *καρπὸν* dicuntur; quia fructus ex circumplectente folio velut conceptaculo emicat, καὶ *ἔπι* *τῆς* *ῥάχης* *ἐπι* *τῆς* *ῥάχης* *ἐπι* *τῆς* *ῥάχης*, id est, folio innatus & adherens, qui quidem in rusco & lauro Alexandria, ἐν μέσσοις ἢ *ῥόδον*, ἐν μέσσοις *πέταλα*, ut icon addita ostendit. Plin. loc. cit. Ramos spargit à radice dodrantes, topiarum ac coronarii operis, folio acutiore quam myrti, molliore, candidiore, majore, semine inter folia rubro. Plurima in Ida & circa Heracleam Ponti, nec nisi montosis. Ita in editis legitur, in antiquo Veneto. Folia acutiore quam myrti: molliore ac candidiore, majore semine inter folia rubro. Quasi fermen foret majus. Scribe, & ditingue, Folia acutioris myrti (ita oxymyrsinem vertit) molliore, candidiore, ac majore. semine inter folio rubro Acutiorem myrtum dixit, quod rusco folia myrto similia habet, sed pungentia. Lib. 23. cap. ult. Castor oxymyrsinem myrti foliis acutis, ex qua fiunt rursus scopæ, ruscum vocavit. Ideo loc. cit. acutiorem, ut dixi, myrtum vocavit. Minus rectè Plinius. *καρπὸν* δ' ἐν μέσσοις vertit, semine inter folia, quod imitati sunt quidam Dioscoridis interpretes. Interpretari oportebat, Fructu inter folia rubro. Cæterum malè vir Doctissimus ex depravato & corrupto Plinii codice, Dioscoridis non maculatum corrigit, φύλλον ἔχει ὁμοίαν myrσίην. Ex Orisib. con-

stat Diosc. scripsisse. ἔξυμυρσίην. Præterea falsum est, foliis esse laurum Alexandream myrti mollioribus; durioribus est, & magis spinosis. Botanici Dioscoridem hanc ipsam Alexandream laurum nomine hippoglossi, vel ut alii malunt, hypoglossi describere contendunt, ac bis de una eademque planta diversis capitibus agere. Describit hippoglossum, sic enim in vulgatis legitur, lib. 4. cap. 132. *ἰππογλωσσὸν* *ψυλλίον* ἐστὶν *μυρσίην* ἀγρία, καὶ *λίπη* τῶν φύλλων ὁμοίαν *κόμην* ἢ ἀκακιδίην ἔχει, καὶ ἐπ' ἀκροῦ ὡς *πυρροῦ* τῶν φύλλοις δοκεῖ ἢ ἡ *καρπὸν* *ἀειφύων* εἶναι *χρησιμὸν* *καταλαλῶσαι*. Hippoglossum pusillum est frutex, folia habens tenuis sylvestris myrti figura, comamque spinosam, & in summo ceu ligulas secundum folia exeuntes. coma capit dolentibus amuletum utile creditur. Plin. lib. 27. cap. 11. Hypoglossa folia habet figura sylvestris myrti, concava, spinosa, & in his ceu linguas folio parvo exeunte de foliis. Capitulis dolorem corona ex his imposita minuit. Plinius emendandus sit. Plinium scripsisse asserunt. Hypoglossa folia habet figura sylvestris myrti, comas spinosas, & in his ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis. Cum nemo unquam viderit spinosam hypoglossi comam. Quod mirum videri non debet; coma enim caret; nisi cum Poëtæ placeat folia comam vocare. Malè idcirco quidam legunt apud Dioscoridē *καρπὸν* *μυρσίην* *ἀγρία* ὁμοίαν, καὶ *λίπη* *τῶν* *φύλλων* *ὁμοίαν* *κόμην* ἔχει ἀκακιδίην, & ἐπ' ἀκροῦ ὡς *πυρροῦ* τῶν φύλλοις. Hypoglossum fruticulus est similis sylvestri myrto. comam habet cavam vel multam, & spinosam in qua quasi lingua. Comam nullam habet, multo minus spinosam; nec tale quid scribunt Dioscorides aut Plin. Scribe, *καρπὸν* *μυρσίην* *ἀγρία* ὁμοίαν, καὶ *λίπη* *τῶν* *φύλλων* *ὁμοίαν* *κόμην* ἔχει ἀκακιδίην, καὶ ἐπ' ἀκροῦ, καὶ ὡς *πυρροῦ* τῶν φύλλοις (vetus codex addit *μικροῦς* non ineptè) id est, Hypoglossum pusillum est frutex, myrto sylvestri similis, foliis tenuibus, concavis, extrema parte spinosis, & juxta folia (parva) ligulas. Folia hypoglossi, concava, tenuia, parva, extrema parte pungentia; medio quasi cavo aliud foliolum linguæ instar infitum. Certè omnia folia hypoglossi inflexa sunt, seu cava, nō comosa. Dubitat quidā, an voces has, & in his ceu linguas, folio parvo exeunte. Et Capitulis dolorem corona ex his imposita minuit. Satis rectè feliciterque expresserit Plinius. Græcè *ἀειφύων* non est corona, sed *ἀειφύων*, quod ex collo, aut brachiis, aut alia parte corporis alligatum suspenditur. Sic de selenite lapide. καὶ *ἀπὸ* *φυλακτικῶν* δὲ *ἀειφύων* *αὐτῶν* *εἰ* *γινώσκεις* *χρῶνται*. Hefychius *ἀειφύων* *ἀειφύων* *ἀειφύων*. Idem *ἀειφύων* *ἀειφύων* *ἀειφύων*, dicuntur quæcunque ad

ad arcendas malorum noxas aliqua corporis parte, præfertim collo, alligantur. Diosc. libr. quarto de verbena, *καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἰσχυρὸν βοτανίον*, διὰ τὴν ἐν ῥησὶν αὐτῶν τοῖς κακῶσι εἶναι ζηῆσμον καὶ φάλαγγος. *αἰετὶς*, proprie quod circumnectitur & circum alligatur alicui; sed peculiariter, τὸ *αἰετὶς*, est amuletum. Porro non idem est *αἰετὶς* five *αἰετὶς*, & *ἀποτρεχτικὸν*, ut existimant. Ἀποτρεχτικὰ dicuntur, quæ pendent ex superstitiosa vanitate magiæ, *αἰετὶς* five *αἰετὶς* agunt ex naturæ proprietate, quæ nec Galenus ipse improbat, nec quisquam vituperare potest. Rectè Plinius dixit, *Ἐν ἧς τευ linguas folio parvo exeunte*. Nam autopfia ipsa sic esse ostendit, ut ex figura adpicta videre est. In antiquo Dioscoridis codice scriptum reperit Lacuna. *καὶ ἐπ' ἀκρῶν ἁσπίδων ἰπιγλωττίδας αἰετὶς μικρὰς αὐτῶν τοῖς φύλλοις*. In summitate foliorum germina quædam exigua instar ligularum. Mavult idem Lacuna non *ἰπιγλωττίδας* vel *ἰπιγλωττίδας* legere, verum *ἰπιγλωττίδας*, quod foliola, quæ de foliis exeunt, epiglottida imitentur. Non video, cur ea hypoglossis vocari nequeat. Plinius lib. 11. cap. 37. de lingua loquens, *sub ea minor lingua epiglossis appellata nulli ova generantium*. Si sub lingua, nihil vetat, quo minus hypoglossus dici queat. Addo quod Galenus & Ægineta plantam hanc non *ἰπιγλωττίδας* sed *ἰπιγλωττίδας* vocant. Quomodo etiam testibus Cornario & Cl. Salmasio in antiquis quibusdam legitur codicibus. Doctiss. Botanicus locum hunc de hypoglossis in hunc legit sensum, *ἰπιγλωττίδας ἡμικροῦ ἐν ἰσχυρῶν ἀκρῶν καὶ λακκῶν τῶν φύλλων ὁμοῖα*. *χρῆμα δ' ἀκρῶν ἔχει ἐπ' ἀκρῶν καὶ ἁσπίδων ἰπιγλωττίδας αἰετὶς τοῖς φύλλοις*. *Hypoglossum frutex parvus est, myrto sylvestri (non rusco), ut vertit Ruellius) candida folio similis, comam in summo spinosam habet Ἐπὶ τῶν φύλλων ligulas*. Certè ego non novi sylvestrè myrtum aliam, quam ruscum. Satis clarè Plinius oxymyrtinem sylvestrè myrtum inquit, eandemque oxymyrtinem à Castore ruscum vocari scribit lib. 23. cap. ultimo. Verba Plinii cap. de rusco examinabo. Nusquam tradidit Dioscorides candidam myrtum sylvestrem esse. Lib. 1. cap. 45. hæc scribit; *μυρτὸν ἢ ἡμερῶν, ὅπως μὲν τῶν ἰσχυρῶν ἔχει ἢ μὲν αὐτῆς ἀρμωδιώτερον, ἢ ὅπως μὲν ἄλλων ἢ ὅπως τῶν ἰσχυρῶν ἀσπίδων ἔχει*. *Myrtus sativa nigra medicinae utilior quam candida, Ἐο ἰσχυρῶν ἔχει ἀκρῶν ἰσχυρῶν ἔχει*. Utramque myrtum tam sativam quam sylvestrem, dividit in albam & nigram. Deinde in sativæ genere montanam accommodatiorem inquit. Vide cap. de myrto, & cap. sequens de rusco. Nec albæ myrto comparavit Dioscorides. Apud Oribasium enim, qui fideliter satis Dioscoridis verba exscripsit, *λακκῶν*, ut in vulgaris, legitur. Cæterum experientia docet, *ἰπιγλωττίδας* vocari quod *ἰπιγλωττίδας*, id est, *ligulas* ferat, quæ non aliud sunt, quam foliola in mediis foliis nascentia. Dixi, laurum Alexandream & hypoglossum eandem quibusdam esse plantam, quod utriusque descriptio propemodum eadem videatur: utraque enim rusci est folio, aliasque similes notas habet. Alii non tantum laurum Alexandream, & hypoglossum vel hypoglossum, sed & chamædaphnen & laurotaxam Plinii eandem volunt esse plantam; ita ut una eademque planta, ter à Dioscoride diverso nomine, & quater à Plinio delineata sit. Sed video plerisque palinodiam canere, ac confiteri, hypoglossum à lauro Alexandræa diversam, at hypoglossum & lauro taxam eandem plantam esse, ut & laurum Alexandream & chamædaphnen. Prius quidem concesserim, alterum non item. Diversas autem esse plantas Alexandream laurum, chamædaphnen & hypoglossum probatur, quod Galenus, & Ægineta de iis diversis locis, tanquam de diversis plantis egerint. Sed forsitan dicent, ex Dioscoride illos hæc exscripsisse, eisque fidem adhibuisse. *Alter*, inquit, *ex altero exaravit*. Aliud addo argumentum, quod tribus istis & notæ, & vires diversæ adsignentur. Et, ut reliquas omittam notas, certum quidem est, hypoglossum baccam gerere inter folium majusculum & minus illud, quod è folii parte altera ceu ligula quædam exire videtur. Laurus verò Alexandrea parva hæc foliola non habet, sed mediis foliis parte averfa flores fructusve, sine pediculo, & ligulato bilinguive foliolo amplectitur. Et hæc causa, cur Dioscorides, qui hanc differentiam non observavit, ligulæ nullam faciat mentionem, sed tantum scribat, rusci modo, in medio folio fructum ferre; *καρπὸν ἀκρῶν αὐτῶν ἐπὶ τῶν ἀκρῶν*, item *καρπὸν ἢ ἐν μέσσοις, ἰσχυρῶν*. Eleganter, ut supra dixi, Theoph. *ἰπιγλωττίδας*. & hæc quidem jam recepta opinio. Laurum Alexandream vulgò vocant, *laurum Alexandream fructu folio insidente*: alteram verò, *laurum Alexandream fructu pediculo insidente, quæ hypoglossum Dioscoridis*. Laurum Alexandream & chamædaphnen eandem scribunt, quæ nondum evanuit opinio, *καρπὸν ἀκρῶν* de-

lineat Diosc. lib. 4. cap. 49. *καρπὸν ἀκρῶν αὐτῶν ἐπὶ τῶν ἀκρῶν ἀλεξήριον ἰσχυρῶν, ἰσχυρῶν ἀνίσις μανικλῶν* (hæc vox deest in vulgaris codicibus, addidit eam rectè ex veteribus exemplaribus Saracenus, quæ & apud Oribasium extat) *πικρῶν, ὀρθῶν, λακκῶν, καὶ λακκῶν: καὶ τῶν τῶν τῶν φύλλων ὁμοῖα δὲ φησι, λακκῶν ἢ ποικίλῶν λακκῶν* (hanc vocem idem addit ex vetusto Lacunæ codice, & Serapionis interpretis fide, apud Oribasium tamen non extat) *ἢ χλωρῶν, καρπὸν δὲ αἰετὶς, ἰσχυρῶν, τοῖς φύλλοις ἰπιγλωττίδας*. Chamædaphne, quam & Alexandream laurum aliqui vocant, virgas promit singulari ramulo constantes, cubitales, rectas, tenues ac leves: sed & huic folia sunt lauri similitudine, at læviora multo, tenuiora, ac viridiora, fructus rotundus, rubens; foliis annexus. Multa sunt quominus laurus Alexandrea; & chamædaphne eadem dici possit planta. Alexandrea laurus, foliis est rusci majoribus, mollioribus, candidioribus: chamædaphnes sunt lauri similitudine læviora, ac viridiora. Tam hippoglossum, quam Alexandrea laurus, ut recentiorum constat experientia, foliis est lauro multo asperioribus dilutioribusque: contrarium de chamædaphne scribit Dioscorides, nempe hujus folia esse viridiora & læviora multo. Nec Alexandrea laurus, nec hippoglossum virgam singularè rectam cubitalè emitit, sed dodrantalè & humi quasi procumbentem; saltem quæ nec recta, nec singularis dici queat, nec etiã levis, sed nonnihil aspera. Nunc de Lauro-taxa videamus. De hac Plinius lib. 15. cap. ult. ubi de lauro Alexandrea, chamædaphne & daphnoide agit: *Accedit in topiario opere taxa; excrecente in medio folio parvulo, veluti lacinia folii, Ἐ sine ea spadonia, mira opacitatis patientia*. Quin eadè de hypoglossis referat, negare nequeo. Hypoglossum five laurus Alexandrea folio pediculo insidente cauliculos emitit dodrantales, ex parte erectos, ex parte humi procumbentes, rotundos, veluti sigillū, quod Salmoniacum vocant. Folium habet tenue, parvum, acuminatum, cui medio quasi cavo aliud foliolum, lingulæ instar insitum: aliquando terram versus, quandoq; in cælum suspiciens, in aculeo rigido, infecto, mucronatum utrumque. Foliolum illud medium parvum est, rusci folio minus, alterū vero majus laurino simile, sed minus multo, dilutius virens & asperius. Inter utrumq; foliolū baccula etiam per maturitatem rubra visitur, ex oblongo petiolo dependens, ochri magnitudine, quæ ipso exiguo foliolo quasi tota subinde contegitur: radix alba, longa, savis odoris; minor, gracilior, brevior, quam rusci. Nascitur montosis, saxosis, asperis & incultis locis, Genuæ, Portus-Lunæ, Savonæ, Nicæ, aliisque; Alpinis sterilibus calidiorum tractuum. Reperitur etiam in Pannoniæ superioris montibus. Bellonius circa Athon montem valde frequentem esse, scriptum reliquit. A recentioribus uvularia dicitur, quod ex se gignit foliolum lingulæ aut uvulæ appendæ simillimum. A binis foliolis bis lingua dicitur; ab aliis bonifacia, quod in medendis morbis usum insignem præstet. Belgis *Tonghen-bladr* dicitur. Otto Brunfelsius, Tabernæ montanus, & Gerardus maré & scæminā pingunt. Duo ejus genera sunt, inquit, unum quod duplici folio constat, masculū nominamus, quoniam inter folia semet habet; aliud quod simplici folio est, scæminam arbitrantur. Ego arbitror tenellum esse hypoglossum, cui nondum bina folia. Sed in re incerta nihil affirmo. Fortè & aliud genus viderunt, quod Alexandream laurum Columna & Lobelius vocant. Laurus Alexandrea fructu, folio insidente ad eò similis est hypoglossis, ut eandem plantam primo aspectu quilibet censeret. Sed latiora sunt folia, colore magis diluto, molliora; nec venulis five nervulis in longum rectis per folia, sed divaricatis, baccis in medio foliorum impressis, nec ulla epiglottide tectis. Romæ confepxit Nobiliss. Fabius Columna in Vaticano cultam. Lauri Alexandræa ramū describit Lobelius in Adversar. parte altera. *Hæc, inquit, ramuli pars non excedebat longitudinem unciarum quinque, septenis foliis alterno situ, non ex adverso, ut habet effigies Mathioli, Ἐ Lugdunensis, prædita; nervosis utrimque, rigidis ut hypoglossis: inferioribus ternis aut quaternis, uncias duas longis, Ἐ plus una latis, in mucronem rusci modo fastigiatis: medio averso folii crassiore nervo, specimine flosculi pallidi geminato, sine pediculo, Ἐ ligulato foliolo (fructus enim mediis foliis amplectitur, Theophrast. audore) ubi semē bonifaciæ five hypoglossi minus ferre dicitur, donatis; ternis verò superioribus minoribus uncias latis, Ἐ sesqui uncia longis, mucronatis, utrimq; ite nervosis, sine flosculorū rudimentis*. Utriusque Lobelii & Columnæ effigie exhibeo. Planta quæ à Mathiolo lauri Alexandræa nomine & à Lugdunensi hypoglossum nomine depingitur, si non est polygonatū 4^{ta}. Clusii, inter incognitas locabo. Si verò ea est, nec hypoglossum nec Alexandrea laurus dici potest. Non hypoglossum; quod nec pungentia ha-

Hypoglosson. Laurus Alexandrina.



bet folia, nec dura, sed valde tenella & mollia. Deinde, quia ligulas non producit sub corymbis, sed singulares baccæ ex singulis petiolis ad foliorum exortum dependent: postremò, quod frutex non est semper virens infra Alexandræ lauri, sed totus caulis ad radicem usque perit singulis annis, perinde ac in reliquis polygnati generibus. Non Alexandria laurus, quia non est frutex, nec in folii dorso fructum ferat: tum etiam, quod rusco folia non sunt satis similia. De hypoglosso illud ad huc addendū, quod rarò in hortis ultra annum tertium, aut quartum, imò, ut alii volunt, unum, alterumve durer, ut pote nimis sylvestris ac montana. Nunc de rusco hac occasione nobis agendum erit.

Κυρρομυρριν; Idem quod ἰξυμυρριν, acuta myrtus; quod foliis sit spinosis, alioquin myrto similibus. Unde Poëta cuspudatum vertice myrtum. κίρρον stimulus, spiculum, aculeus. μύρριν myrtus. Τὸ ἰξυμυρριν, vel, quod in actum definit, significare extra controversiam est. A Dioscoride μύρριν ἀγρία dicitur. Habet multa spuria nomina, sed quæ huic parum conveniunt. οἰ σὴ, inquit Auctuarii auctor, ἰξομυρριν, οἰ ἰξομυρριν, οἰ σὴ μύρριν. Apud Ald. legitur μύρριν κίρρον, pro quo in altero codice μύρριν κίρρον, οἰ σὴ ἰξομυρριν. Plinius, chamæ-myrtum vocari tradit; quod etiam testatur auctuarii auctor. οἰ σὴ χαμαιμύρριν. A Romanis, ut idem scribit, ῥύσκουμ dicitur, id est ruscum. Plinius lib. 23. cap. ult. myrtus: sylvestris sive oxymyr sine, baccis rubentibus, & brevitate à sativa differt. Idem paulò infra. Castor oxymyr sinem myrtifoliis acutis, ex qua fiunt ruri scopæ, ruscum vocavit, ad eosdem usus. Satis ignoranter, inquirunt, Plinius ruscum Latinorum ab oxymyr sine Græcorum diversum esse putat. Myrtus sylvestris nunc vera myrtus est, sponte nascens; nunc ruscus. Hæc Plinius, inquirunt, non distinguit. Sed non vult Plinius diversam oxymyr sinem Castoris, ab oxymyr sine, quam paulò ante myrtum sylvestrem vocari tradiderat; sed Castorem eandem oxymyr sinem acutis foliis ruscum vocare, & ad eosdem quos alii, & ipse Plinius, usus præscribere: Fatendum tamen, alibi à Plinio confundi myrtum sylvestrem cum rusco. Nam lib. 15. cap. 7. scribit. Simile est (oleum) è myrto nigra: & hæc latifolia melior. Tunduntur baccæ, aspersæ calidâ aquâ, mox decoquuntur. Alii foliorum mollissima decoquunt in oleo & exprimunt. Alii defecta ea in oleum prius sole maturant. Eadem ratio & in sativa myrto, sed præfertur sylvestris, minore semine, quam quidam oxymyr sinem vocant, alii chamæmyr sinem, alii acaron à similitudine. Est enim brevis, fruticosa. Scribe, ac interpone, in hunc modum. Simile est è myrto nigra, & hæc latifolia melior. Præmonuit enim de oleo

Uvularia foemina Brunfelsii.



laurino faciendo, optimam esse laurum nigram & latifoliam, Adjicit, & myrtum similibus accidentium accommodatam esse oleo myrtilino faciendo. Diosc. lib. 1. cap. 48. μύρριν οἰ σὴ κίρρον ἰξυμυρριν, λαβὼν τὴν ἀπὸ τῆς μύρρινος μύρρινος, ἢ ἀγρίας ἢ ἰξυμυρρινος κίρρον. Myrtili olei præparandi ratio hæc est. Myrtili nigra seu sylvestris, seu sativa (ergò non omnis nigra sylvestris, ut vult magnæ auctoritatis Botanicus. Vide cap. præcedens) tenerrima quæque folia tundito, atque exprimito. Lege ex eodem Dioscoride prius sole macerant, non ut in editis, maturant. Ἴδιος ἔστι τὸ φῶμα κίρρον, οἰ σὴ κίρρον, οἰ σὴ κίρρον. Peculiari quoque modo, si exposita soli folia in oleo maceres. Porro Dioscorides myrtinum oleum ex foliis; Palladius in Januar. c. 21. è baccis fieri docet. Utrumque modum habes apud Plinium; qui rectè fecisset, si myrtum sylvestrem arborem, cum rusco non confudisset. Sylvestris myrtus oxymyr sine aut chamæmyr sine non vocatur, nec ex rusco oleum paratur. Ruscus, ut ex Dioscoride probatur, oxymyr sine & chamæmyr sine nuncupatur, plantaque est brevis & fruticosa; qualis non est myrtus sylvestris, ex qua oleum fit myrtinum. Alii, inquit, chamæmyr sinem alii acaron à similitudine. In antiquo codice Veneto longè aliter. Alii chamæmyr sinem, quia corona habet similitudinem; Hæc est enim brevis, fruticosa. Illud à corona similitudine, glossatoris esse puto, qui cum legeret ἀκρον vel ἀκρον dicit, scripsit in margine à corona similitudine. Τὸ ἀκρον enim anulum significat, quem in minimo digito gestabant antiqui. Hesy chius, ἀκρον τὸ ἐξ ἑξ μύρρινος δακτυλίου. Melius in vulgaris codicibus legitur. Alii chamæmyr sinem, alii acaron à similitudine &c. Nam lib. 25. cap. 13. ubi de acoro agit, scribit; Nec non inveniuntur qui oxymyr sine (scribe ex antiquo oxymyr sine) radicem acaron vocant, ideoque quidam hanc acaron agrion vocare malunt. Sunt qui ἀκρον vel ἀκρον à brevitate & exiguitate dici existimant. ἀκρον enim pusillum & exiguum, adeo ut præ brevitate tonderi nequeat. Hesy chius. ἀκρον ἀπὸ ἀκρον, ἰδιος ἔστι τὸ βραχὺ ὁ οὐστὲ κίρρον. Sed si inde nomen, quomodo à similitudine dicit Plinius acaron vel acaron vocari? legendum omnino ex lib. 25. Alii chamæmyr sinem alii acaron à similitudine. Scribe etiam loco citat. Radicem acaron vocant, ideoque quidam hanc acaron agrion vocant. Ruscum, inquit, quæ aliter oxymyr sine, ad differentiam acori aromaticæ, ἀκρον ἀκρον, id est, sylvestrem acaron vocant, quod locis sylvestribus, incultis, & asperis nascatur. lib. ergo 15. Alii acaron à similitudine. A qua similitudine? Radicis inquam similitudine, quæ acori modo & geniculata est & serpit. Vide utriusque iconem. Corrige verò Auctuarii auctore, οἰ σὴ κίρρον. lege ἀκρον.

An rectius Dioscorides gramini compararit, aliorum esto iudicium. Officinis, nec tantum iis, sed ipsis etiam medicis non rufcus sed bruscus una addita littera dicitur; quod habent ex Myrsepo. Apud quem sect. 1. de antidotis. cap. 29. *απομαρτυρησπιματσφσσκου*. pro quo M S. *μυρσσκου*. Litteram π. mutarunt in β. officinae. Rufcum à Dioscoride lib. 4. cap. 141. describitur. *μυρσση αρεσια το μ φυλλος μυρσση εν τσ εμγιον, ακριτωτερον ε, λογχοειδης, δευ εα' αμρυ, τ' ε κρηπον προφυλλον, εν μισω ε τω πεπυλω αειφερη, ερυθρον, εν τω πεπυλω εχοιται το εντος εσπιδος. κλωνια λυρσειδη, πολλα εν τ' ριζης αυτης δυσπραγια, οσον πρηχειος, φυλλων μισα. ελκων εσπυρσσησιν αρεσιση, γδουμδρα σφυρσσια, αστοπικερον. φουσαι εν τσ ακρσσι το ποισ, κρη κρημωδουσι.* Myrtus sylvester folium ferre myrti, sed latius, ad formam lanceae mucronatum, fructum rotundum, medio folio inherentem, qui per maturitatem rubet, nucleumque ossis instar durum complectitur. Ramuli ab una, eademque radice numerosi exeunt, vitilium modo lenti, fructu contumaces, cubitales, foliosi: radix graminis similis, gustatis acerba & subamara. In asperis & praecipuis locis nascitur. Notat Goupylus in utroque antiquo codice hunc locum sic descriptum haberi *μυρσση αρεσια η δευμυρσση, ης ασπυρσσησιν κρημωδουσιν δισηρηπικος αυ, κρηπον εν τω αειφερη, ερυθρον εν τω πεπυλω το εντος εχοιται εσπιδος, κλωνια λυρσειδη.* Caetera ut sunt descripta in vulgatis codicibus. Myrtus agrestis vel oxymyrrhine, id est acuta myrtus, cuius asparagi teneri comeduntur, propter quod urinam ducunt, fructum habet rotundum, rubrum, quum maturefcit, atque intus nucleum ossis duritie, propinquum &c. Hanc sectionem secutus est Oribasius, quod luculentum inditium, sic scripsisse Dioscoridem, saltem non temere rejiciendum. Vulgatum codicem corruptum, ex eo facile colligitur, quod de fructu scribat. *προφυλλον, εν μισω ε τω πεπυλω αειφερη.* Alterutra vox redundat. Scribe cum Doctiss. Saraceno *αειφουη*. Serapio postquam hunc fructum rotundum scripsit, addit aliquantulum depressum & latum, quod neque apud Diosc. legitur, neque est veritati consentaneum, Sed turpius, ut lib. 9. cap. de cubebis ostendi, fallitur, dum levissimo nixu argumento, cubebas cum myrti sylvestris fructu eadem esse affirmat. Verus praeterea codex addit legitque, *ε εντος εσπιδος. κρηπον εν τοισι τσ τη ημερα ε ασπυρσσησιν κλωνια.* &c. Quae spuria videntur. Idem spuriam *αστοπικερον*, quod non est melioris notae. In eodem etiam legitur *φουσαι εν τσ ακρσσι το ποισ, ε κρημωδουσι, ε ηλιμωδουσι.* Locis humectis an proveniat

Nec non etiam aspera rusci
Vimina per sylvam —
Vt Eclog. 7.

Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, projecta vilior alga.

Flores pusilli, baccae è mediis dependent foliis, per maturitatem corallii modo rubentes, majores quam asparagi, nucleo intus ossea plane duritie, vixque ulli frangenti ictui cedente, qui sepe per triennium intra terram delitescens, tandem erumpit. Radices albidae, longae, ramosae, serpentes, geniculatae parte suprema qua serpunt, mediocris crassitudinis, gustu, dum virides sunt, dulce quiddam recipientes, exsiccatae amaritudinem non obcuram, ostendunt, primo vere virentes ac teneros admodum turiones promit, asparagi modo, sed breviores, crassiores, hirsutosque, qui aliorum asparagorum modo elixi, manduntur ex oleo, sale, & aceto. Semen autumnum perficitur. Planta haec Hetrusca lingua *pungitopi* dicitur, quod arcendis muribus aptissima sit, si salitis appensis carnibus funiculo circumligatur: qua de causa à veteribus *μυρσσησιν* dicta videtur. Venetiis frutex hic spinosus quotidiano in usu est; solent enim ex eo scopas conficere, quibus conclavia purgant. Quam forte ob causam, à Marcello empirico medico antiquo, *scopa regia* vocatur. cap. 26. *oxymyrrhines* quae *scopa regia* vocatur, succi heminam. Differt natali sole, & indole à myrto: nam apud septentrionales nulla nascitur sponte myrtus, nec frigus fert: contra, ruscum calidis frigidisque provenit regionibus, Hyemem etiam apud nos fert saevissimam; adeo; ut miratus sim saepius Camerarium, virum doctissimum & optimum, de cuius fide dubitate nefas foret, scribere. *Hyemem nisi clementiorem, apud Norimberg. non ferre, locisque subterraneis asseruari debere.* In Italia, Burgundia, aliisque asperis locis frequens est.

Hic *ε σκελη, κρημωδουσιν* &c. Plinius lib. 15. cap. 18. *Idaea* rubet olivae magnitudine, rotundior tantum, sapore mespili, Alexandrinam hanc ibi vocant, crassitudine cubitali, ramosam, materie validam, lentam, sine lacte, cortice viridi, folio tiliae, sed molli. Quod negligenter satis Plinius haec exscripsit, & pleraque converterit, quilibet satis animadvertere potest. In antiquo non *Idaea* sed *Iudaea* corrupte legitur, nec melius in eodem, materia calidam scriptum est. Scribe cum Dalecampio cubitali crassitudine ramosam, materia valida, lenta, sine lacte. Nusquam tradit Theoph. ficum hanc lacte carere, nec usquam scripsit Alexandrinam vocari: sed in eodem monte laurum nasci, quam Alexandream nuncupant. Quare legendum putant, mespili crassitudine, molli, Alexandrinam & ibi natam laurum vocant. &c. Doctiorum esto iudicium. Ego Plinium sic scripsisse nego. Theophrastus gustu mespili dixit, non crassitudine, nec fructum mollem ad instar mespili dixit, verum mollia folia tradidit. *πυλιον* male vertit *viride*. Melius *Gaza lividum*. verto, *nigrum*. Hesyech. *πυλιον μελανον. αχρσοι η χλωρογι.* ubi *χλωρογι* non significat viride sed pallidum. Male in editis quibusdam legitur *πυλιον. μελανον ως οχρσοι η χλωρογι.* *πυλιον φυλλον* quod ex livido ad nigrum vertit. Meminit hujus ficus Athenæus lib. 3. deipnosoph. *εν ε τω σπειρω (σπειρωσσησιν) αει τω σπειρωσσησιν ιδου γινωσκ σκελη κρημωδου, φυλλον ομοιον εχουσαι τω φιλυρασ. φησιν ε αυτη ερυθρα ηλιμωδουσιν το μεγιστος προφυλωτερον, ενω τω γδουμδρα εν σποπυλωδου.* Idem lib. 3. *hist.* auctor est, circa Idam Troiae ficum provenire fruticosam, folio tiliae simili, fructu quam ficum appellant rubro; magnitudine olivae, rotundiore, gustu mespili. Et haec parum fideliter exscripta. Multa enim omisit, quae ad arboris cognitionem pertinent. Doct. *† chamacerasum* alpinam, fructu rubro gemino, duob. punctis notato à Clariss. Carolo Clusio periclymenii recti quarti nomine in historia plantarum descripto. Periclymenium hoc cubitalem superat altitudinem, sed quatuor, aut quinque pollicum crassitudinem raro excedit. Cubitali crassitudine inquit, esse Theophrastus; sed hoc de toto frutice accipiunt: vertunt enim, nec excelsa, sed crassa, sic ut cubiti spatium in orbem fruticantes ramuli occupent. Certè magna ea non est crassitudo. innumeri frutices repertiuntur, quorum ramuli trium cubitorum spatium in ambitu occupant. Sed alius in verbis Theoph. sensus, non altum inquit, fruticem esse, sed crassum, ut vel cubitali ambitu sit, quod de caudicibus, non ramis fruticem cingentibus accipi debet. Quis unquam dixit malum 24. cubitorum spatium excedere? vel, cum cubiti crassitie dicitur, nemo id de ramis cingentibus facile accipiet qui ambitum plus quam cubitorum 25. non raro faciunt. Periclymini hujus folia laurinis non sunt minora, perextremum mucronata, superne virentia, inferne candi-

† Videtur
omissu, vo-
lunt esse, vel
quid simile.

Ruscus.



inquirendum. Humilis stirps est, cauliculi aut potius pediculi ejus rotundi, recti, lenti, semipedem aut do-drantem alti, è fulco virentes; folia parva, latiuscula, è viridi nigricantia, perpetua, nulli frigori cedentia, densa, spissa, buxi, aut potius myrtinis familia, sed rigentia, pungentisque; cacumine mucronata. Unde 2. Georg.

candidiora, cum tiliā exiguam habentia similitudinem, etiā duriora, cum molliora dixerit Theophrastus: florem fert gemellum, in longo crassiusculoque petiolo, qui parvam cum mespilo habet similitudinem. Fructus alioquin satis cum Theoph. delineatione convenit.

Ἡ δὲ ἀμπελοφύτις ἢ ὄψις τῆς ἰδῆς. Plin. lib. 14. c. 3. Alexandrina appellatur vitis, circa Phalacram brevis, ramis cubitalibus, acino nigro, fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio parvo & rotundo, sine divifuris. Alexandrinā vocat, intellige Alexandrinam Troadis, juxta Idam, de suo addit Plin. Alexandrinā vocari vitē, circa Phalacram: melius Theoph. circa Idæ partem, quā Phalacram vocat. Hefych. φαλάκρα τίπος τῆς ἰδῆς καὶ νύμφη, φαλάκρα ἀκρὸς τῆς ὀψείας. φαλάκρον ἀκρωτήριον ἰδῆς. Phalacra locus Idæ, & nympha, Phalacra similitates Euboia Phalacrum cacumen Idæ. Montis hujus quatuor ἀκρωτήρια describūt. Phavorinus φαλάκρον κλάδον. ἔυλον ἐν φαλάκρῳ τίπος ἀκρὸς τῆς ἀκρωτήρια τῆς ἰδῆς. πέρραιον, λεκτὸν, γέρραιον, φαλάκρον. Vulgo φαλάκρον dicuntur loca nuda, nullis herbis aut plantis vestita, quæ Latini glabreta vocant. ῥάγος ἐν πηλαγίου &c. Plinius simpliciter acino nigro, fabæ magnitudine, γέρραιος π, nucleo molli & minimo vertit, γέρραιον quod in uvis est, vulgo acinum vinaceum vocant; aliud nucleus, πέρραιον. Obliquis, inquit, racemis, prædulcibus. Nescio quid velit Theophrastus, acinos ad latera nigros, dulces, adhærere scribit, plantamque ramulis cubitalibus exporrigi. An corruptus Plinii codex? Certè confusa sunt admodum Plinii verba: An scripserit in hunc sensum Doctiorum esto judicium. Ramis cubitalibus acino nigro, prædulci, fabæ magnitudine, obliquè ramis adherente, (id est, ex lateribus) nucleo intus molli, folio parvo, rotundo, sine divifuris. An dicemus? Theoph. scripserit ὡς οἱ βότρυες εἰσὶν ἐν πηλαγίου, ῥάγος μέλαινας, τὸ μέγιστον, &c. Non fit verisimile, Theophrast. scripserit ὡς οἱ βότρυες εἰσὶν ἐν πηλαγίου, γλυκῆσι, ῥάγος μέλαινας, verisimilius, acinū dulcem, quam racemum dulcem dixisse. Alterutrum statuendum, vel, Plinii codicem emendandum, quomodo dixi, vel, apud Theoph. scribendum quo jam audivimus modo. Nisi placeat, Plinium verba Theoph. confudisse ac perturbasse. Quodcumque elegeris, mihi perinde est. Multum à vero abfunt, qui uvam urfi, cujus meminit Galenus. lib. 7. πύππος cap. 4. titulo. Quæ ad hæmopticois præscripsit Asclepiades, putant esse vitem Idæam Theophrasti ἢ διληθροῦ ἀρκτη (vulgo ἀρκτη) σφυλὴ ἐν πύππῳ γίνεσθαι, φυτὸν ἐν χιμαραίων, καὶ θεμνωδῶν. φύλλα δὲ ἴσχυ ὁμοία μίμαικῶν, καὶ ῥοτὸν φέρει ἐρυθρὸν, καὶ πρῶτον, αὐτῶν τῆ γούσει, τὸ πηλαγίου ἀρκτη σφυλίου. Vna urfi, in Ponto nascitur, humilis, fruticosa, folia arbuti similia habet, fructum rubrum, & rotundum, sapore austero, hæc una urfi vocatur. Vitis Idææ folia sunt rotunda, qualia non sunt arbuti: fructus vitis Idææ dulcis, hujus austerus. Allata est mihi hujus uvæ plantula ex Norwegia, ubi frequens reperitur, fructum tamen apud me nondum tulit, quamvis plures habeam plantas, terra adhuc patria innascentes. Describitur à Diligentiff. & nobiliff. Watenesii toparcha. Fruticæ, inquit, pedatibus ferè ramulis, flexilibus, & lentis, humi diffusis, rubefcente cortice totius, ut teneriores ferè arbuti ramuli. Folia illi frequentia, nullo ordine ramis adherentia, arbuti foliis minora, carnosæ, chameleæ Italicæ foliorum planè æmula, minimè tamen hirsuta, cum adstrictione amaricantia. Extremis ramulis flores profert, ex candido purpurascens, sive candidos, quibus leviter purpurascens color admixtus sit, cavos, arbuti floribus similes, & in uvæ modum simul congestos: Fructum (quem non vidit Clusius) incole rubentem, rotundum, exigui cerasi instar, acinum referebant. (idem de fruticulo ex Norwegia accepto intellexi) radix parva, sed lignosa, perpetua fronde viret. Vitem Idæam Theophrasti existimant vaccinium rubrum Dodonæi. Vaccinium hoc quod myrtillum vocant rubrum, neutiquam cum vitis Idææ descriptione convenit, ac quidem minus quam nigrum; humilis admodum frutex, qui ad cubitalem nunquam ascendit altitudinem: Loquor de integro frutice. Ergo ramos non emittit cubitales: nec ad latera cauliculorum fructus sive acini exeunt, sed è ramulorum cacuminibus corymborum instar dependent: nec niger, sed dilutè ruber fructus. Folium rotundum dici nequit, sed ex oblongo rotundum; nec nigrum vaccinium sive myrtillus offic. satis cum vite Idæa convenit. Idque, quia frutex vix dodrantalis, foliis buxi, tenuioribus tamen, & ex oblongo rotundis, ambitu leviter ferratis, baccæ sapore sunt acido, ac adstringente; in quibus non γέρραιος sed semina multa, exigua, candida. Quæ vitis Idææ nomine à Clusio describuntur, ut ipse fatetur, cum descriptione non conveniunt, immò dubitat, an duæ priores ad vitis

Idææ classem referri possint. Tertiam verò quidam vitem Idæam existimant, amalanchier vulgò vocant, cujus mentionem supra capite de cratægo feci. Nec huic folia rotunda, sed ex oblongo rotunda, ferrata, nec fructus è lateribus nasci satis rectè dici potest, continentque intus grana dena aut plura. Alioquin proximè ad vitis Idææ historiam accedit.

Rhamni sequitur historia. Hæc confusa, & perturbata admodum, magnaque obscuritate involuta. ῥάμνος unde nomen acceperit, non exprimunt Botanici; verisimile admodum δὲ τὸ ῥάμνος, quod spinis suis horridis, non fœcus ac gladius pungat, lædatuè. Hefychius ῥάμνος, ῥάμνος, ῥάμνος, ἢ τὸ ὄρνιθον ῥύγχος. Rhampe, gladius, culter, aviumque rostrum. à spinis pungentibus nomen habet. Monet Batum Corydon apud Theocr. eid. 4. ne sine calcis in montibus ambulet, quod in iis aspalathus, & rhamnus nascantur.

Ἐἰς ὄρεσιν ὄκχ' ἔρπει, μὴ ἀνάλιπ' ἔρχεο Βάττε

Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοντι καὶ ἀσπάλαθοι κημάωντι.

Interpres.

In monte cum ambulas, ne discalceatus eas Batte; In montibus enim tibi, & tribuli virent.

Scholiasfes κημάωντι, ἀπὸ τῆς κημάων. ἀπὸ δὲ τῆς ἰχθυοῦ κόμας ἢ ῥάμνος καὶ ἀσπάλαθος ἐν ἀσπλάθει. Dixit κημάωντι pro κημάωντι, id est, spinas habent; nam contra spine aspalathi & rhamni. Pessimè Interpres ἀσπάλαθον, tribulum vertit. Vide cap. 5. lib. 6. hist. nec melius ῥάμνος rubum. Eodem in errore Flavii Iosephi interpres. βῆτος ἢ ῥάμνος, ῥάμνος, πᾶσα ἀκρωτῆ. κυρίως δὲ ἢ τὸν ῥόδον, id est, Rhamnus omnem spinam denotat, peculiariter rosæ. Nescio unde hæc habeat. Nihil tale apud Hefychiū, nihil apud Suidam. Suidas ῥάμνος ἀκρωτῆδες φυτὸν μέγιστον. πᾶσαι δὲ ἀκρωτῆδες, ἀκρωτῆδες καὶ ῥοσφῆ. id est, Rhamnus planta spinosa maxima, omne peccatum spinam vocat scriptura. Hinc originem sumpserit videtur, quod quidam scribunt, spinam servatoris nostri Christi, ex rhamno fuisse contextam, cum virisimilius sit, ex acacia fuisse, arbore Iudææ familiari, quæ ἀκρωτῆ καὶ ἰσοκλήν veteribus dicta fuit. Nec illud verum, μέγιστον φυτὸν, maximam plantam rhamnum esse. Hefych. ῥάμνος τὸ φυτὸν, ὡς ἢ ἀλεξιφάρμακον ὡς ῥαλαμειάωνται, καὶ δὲ τὸν ἀκρωτῆδες. Rhamnus planta quæ alexipharmaci loco est, arborque spinosa. Sed hoc Grammatico condonari facile potest; plantam, quæ alexipharmaci loco est, malè distinguit à spinosa arbore; cum una eademque est planta. Rhamnum, Dioscorides alexipharmaci loco esse. lib. 1. cap. 119. λέγεται δὲ καὶ κλωῆς αὐτῆς ἴσχυς, ἢ ἴσχυς ἀποσπέντεως δόσκειν (al. δόσκειν) levi discrimine) πᾶσι τῶν φαρμάκων κημάωνται. Feruntur & hujus rami januis fenestrisque appositi veneficiorum maleficia depellere. Idem Diogeues Laertius in vita Bionis.

Καὶ κύπτοι (vulgo σῦπτοι) βραχίονας πεπεισιδίως ἔδησε,

ῥάμνοντι καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ ἱγῶν ἔθηκε.

Et folliculo lacertas paratas ligavit Rhamnumque & lauri ramum super fores posuit.

Nicander in Theriaca.

Ἡ καὶ ἀλεξίφάρμακον πύππος ἀπὸ μέγιστον ῥάμνος, Μὲνη γὰρ νήσεια βροτῶν δὲ τὸ κῆρας ἐρύκει.

Accipe vel ramos arcentis noxia rhamni Quæ vel sola truci jejunos suberabit orco.

Scholiasfes πύππος ἢ ῥάμνος ἀλεξιφάρμακον φησὶ. ἔμνη δὲ τὸ ἀλεξίφάρμακον τὸ πύππος ἢ πύππος, ἀλλ' ὅτι καὶ εἰς φωνησμοῦ βοηθῆ. ὅθεν καὶ ὡς τὸ ἱγῶν ἐν τῆς ἐναγίσματος κρημῶν αὐτῶν μέμνηται τὸ βοτάνης & Ευφορίαν, ἀλεξιφάρμακον φησὶ ῥάμνον. καὶ δὲ τὸν ὁμοίως, αἰεὶ δὲ πρὸς φύλλοις ῥάμνος κατεπέμνηται. Rhamnum ἀλεξιφάρμακον, inquit, non tantum, quod demorsis à serpente juvat; sed etiam quod adversus phantasmata operat præstat, unde & pro foribus eam ἐν τοῖς ἐναγίσματος pendente (ἐναγίσματα exequiæ, parentationes, libamina quæ manibus offeruntur. Plutarch. πεισῶν ἐναγίσματος πτηνῶν. parentare mortuis. Hefych. ἐναγίσματα, ὀλοκαυτώματα. ἐναγίσματα, τὸ αὐτῶν.) Meminit hujus plantæ Euphorion cum inquit

inquit, avertens mala nascatur rhamnus, similiter & Sophron. Semper juxta rhamni folia continemur. Videtur rhamnum quæ pellit noxia, eandem esse, cum spinosa arbore, vel potiùs frutice, plantam. Quæ de rhamno Græci, ea de spina alba Latini.

Ovid. sexto Fastorum.

Sic fatus virgam, qua tristes fallere possit
(In altero cod. qua strigis pellere possit.)
A foribus noxas, hæc erat alba, dedit.

Idem alio loca.

Virgaque Ianalis de spina sumitur alba,
Qua lucem thalamis parva fenestra dabat.

Ianalis dicitur, quod Ianus eam Cranæ Nymphæ (qua potitus erat) contra strigum noxas pro amuleto dederit. Varro è spina alba facem auspiciatissimam fieri folitam refert apud Nonnium, De vita Popul. Roman. his ferè verbis. *Quum à nova nupta, ignis in face afferretur foco ejus sumptus, quum sax è spina alba esset, ut eam puer ingenius afferret.* Plinius libr. 16. capite 28. *In eisdem situs comitatur & spina, nuptiarum facibus auspiciatissima, quoniam inde fecerint pastores, qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Masurius.* Valdè fit verisimile, spinam albam esse rhamnum; nam eadem de rhamno tradidere Græci. Attamen aliis placet, esse *oxyacantham*, quam vulgò *Haghe-doozn* vocamus, idque, quia Plinius quandoque *ὄξυάκανθος* vertit *spinam*. Nihil notius, quam Plinium libi ipsi parum constare. Alibi *aquifolium* *ὄξυάκανθος* vertit, alibi *καρυφάκων* Græcum ab Italicis *aquifolium* vocari scribit, alibi *aquifolium* idem facit cum rhamno, ubi memorat, *aquifolium spinam in domibus aut villa satam arcere veneficia*. hoc est, *φάρμακων κακουργίας*. Sed hoc de rhamno tradidit Dioscorides. Ex Plinio ergo argumentum, quo spina alba probetur *ὄξυάκανθος*, peti non potest. Alii paliurum volunt spinam albam esse Latinorum. Servius. *Paliurus herba asperrima, & spinosa, vel, ut quidam volunt, spina alba.* Malè paliurum herbata inquit, cum frutex sit arborefcens. paliurum locum habuisse ante fores, tradidit nemo. Spina alba duplex, herba scilicet, & arborefcens frutex. De herba vide Diosc. lib. 3. cap. 14. vide cap. 3. & 4. lib. 6. hist. Est, ut dixi, frutex arborefcens, quod ex Columella lib. 7. cap. 9. facile colligere licet. *Nemora sunt convenientissima, que vestiuntur quercu, subere, fago, cerni, ilicibus, tamaricibus, corylis, pomiferisque sylvestribus* (vox, pomiferis, latè accipienda: nam siliqua in pomorum classe, si strictè fumus locum habere nequit) *ut sunt alba spina, Græca siliqua, juniperus, lotus, pinus,* (in antiquo Regio codice *pampinus*. Fortè *palma, pinus*. nihil muto; palma enim Italiæ non familiaris, nec pinus, quod duro tegatur cortice, pomum est) *cornus, arbutus, prunus, & paliurus, atque achrades pyri.* Hic alba spina non potest esse herba, vel cardui genus, sed vel arbor vel frutex arborefcens. Rhamnū spinam albam dictū fuisse, auctor auctuarii testatur. *οὗ ἡ πρῶτη φάσκει, οὗ ἡ δεύτερη καλεῖται ῥάμνος, οὗ ἡ τρίτη κερκυραία.* *Περσεφόνη* à Proserpina inferno numine; quod præca gentilitas, per suspensos hujus spinæ ramos, *πρῶτη φάσκει* id est, Proserpinam, adeoque lemures nocturnos arceri crediderit. *Cervalis spina*, ab erectis spinis; cervi cornu ramalia præ se ferentibus. Recentiores *μουπίλιν* vocarunt Hefychius *μουπίλι, ῥάμνος.* *δύο ἔ μούπιλι* insecti genus, quo boves infestantur. Unde *μουπίλιω* *stimulo, διγυρίω, περιζω, μουπίλιον ἢ ἵππον.* Xenophon *calcaribus, stimulis urgere equum.* Nicand. *φιλίταιας* dicitur; versus Nicandri vide paulo infra. Scholiast. *σημειώσαν ἡ ἔπι τὸ ἀνεργῶδες φύτον ἢ ῥάμνος, ὡς μούπιλι, ἢ λυδῶς φιλίταιας ὀνομάζει.* Sciendum *rhamnum* esse plantam spinosam, quæ apud Mysos & Lydos *philetaris* vocatur. *Philetaris*, quasi fociorum amans. Rhamni autem genera duo esse ait Theoph. Idem scribit Nicandri Scholiastes. *ἔστι ἡ λευκή, καὶ μέλαινα.* Eadè Plinii sententia. Dioscorides verò tria rhamni genera esse refert, Verùm, si manuscriptum sequamur codicem, quem habuit Conpulus, duo tantum describit Rhamni genera. sed vulgatam lectionem defendunt Oribasius & Serapio, quorum auctoritas maxima. Theophrastus has notas rhamnorum tradit, fructum utriusque rhamni diversum esse, utramque spinosam, nec folia hyeme amittere. De rhamnis sic Plinius lib. 24. cap. 14. *Inter genera ruborum rhamnos appellatur à Græcis candidior & fruticosior, is floret, ramos spargens rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, foliis majoribus. Alterum genus est sylvestre,*

nigrius, & quadantenus rubens. Fert veluti folliculos. Hujus radice decocta in aqua, fit medicamentum, quod vocatur Lycium. Malè inter rubi genera recenset rhamnos; aliud est genus plantæ, & planè à rubo diversum: fortè scripsit Plinius. Cæterum, eadem præstat quæ supra dicta genera ruborum: inter spinosas rhamnus appellatur à Græcis candidior alter & fruticosior &c. Præterea à nemine unquam proditum, ex rhamni radice decocta, fieri medicamentum, quod vocatur Lycium. Dioscorides lib. 1. cap. 119. *ῥάμνος ῥάμνος ἔστι δένδρον. ὡς περὶ πρῶτος.* Vulgatè probant Serapio & Ægineta.) *φουδρῶ, ῥάμνος ἔχει ὄρθως καὶ ὄρειας ἀκίδας, ὡς περὶ ἢ ὄξυάκανθος. φύλλα ἢ μικρὰ* (Corrigunt ex Plinio *μικρὰ.* nec Oribasius nec Serapio vocem *μικρὰ* agnoscunt; nec apud eundem Oribasium legitur. *καὶ ὄρειας ἀκίδας*) *ὑπομήκη (alter ἐπιμήκη) ὑπολήωδης, μελακά. ἔστι ἢ καὶ ἐπίσκη ὡς τῶ τῶν τῶν λυκοπέρας, (Gonpylus ἔστι ἢ καὶ ἐπίσκη ὡς τῶ τῶν λυκοπέρας non reperiri in altero codice scribit, attamen, ut dixi, reperiuntur & apud Oribasium, & apud Serapionem) καὶ πέρι μελάντερον ἔχειται πᾶ φύλλα, καὶ ὑπομήκη σὺν τῶ ῥάμνος ἰνδουαίτιος. ῥάμνος μακρὸς πηγῶν ὡς πίντε, καὶ μύλλον ἀκιδῶδες, ἢ τῶν ἢ στερεὰ καὶ ἐπικύμας ἔχει πᾶς ἀκιδῶδες. κρητὸς οὗ πλάτης, λυκοκὸς λεπτός; ὡς ἰουλακαίδης, ἰουκαὶ σφονδύλα. (fortè ἀσφοδίλη, σπονδυλίω Oribasius, quomodo etiam Serapio, vel saltem ejus Interpres, legisse videtur, idem etiā legit καὶ πέρι ἢ ἔχει φύλλα μικρότερα & ὑπομήκη.) Rhamnus frutex est circa sepes nascens, virgas gerens erectas, spinasq; oxiacan-*

Rhamnus Com.



the modo aculeatas, foliis parvis (magnis) oblongis subpinguibus, ac mollibus. Præter hanc altera est candidior, itemq; tertia nigrioribus, latioribusque foliis, & quadantenus rubentibus. virgultis, quinos ferè cubitos longis: spinosioribus, at minus firmos, rigidosque, minusque acutos aculeos habentibus. Fructus est latus, candidus, tenuis folliculi penè figura, verticillo similis. Folia, inquit esse ὑπολήωδης suppinguia. Hoc indicare voluit Nicander, cum rhamnum ῥουδρῶ, hoc est, veluti rore madentem dicit.

Ἄρχει ῥῶ, ὀλίγαις μηχανίσι ῥάμνον εἶσιν
Ἐροῦδρῶ, δὲ γῆτι δ' αἰεὶ περὶ τέτροφον ἀνθεῖ,
Τῶ ἢ τοὶ φιλέταιον ἐπικύμας καλέουσιν
Ἀνέρες, οἰ τρωάλοιο παραὶ γυγάοτε σῆμα
Παρθένιον ναίεσαι λέπαις, τόδι κλέζῃ ἀεργῶ
Ἴπποι χιλδῶσι, καὶ αὐτλαὶ εἰσὶ κλαύερα.

Præterea accipe minoribus papaveribus similem rhamnum

Rore conspersam uvidamque, circa quam semper candentes flores crescunt,

Quam alio nomine philetærum homines appellant
Qui juxta Gyge monumentum, quod est ad Imolium montem,

Parthenii loca incolant, quo loci per Cleson montem otiosi

Equi pascua decerpunt, Claistrusque originem trahit.

Vides *ἰσχυρὸν* veluti rore madentem dixisse, pro eo, quod Dioscorides molle & suppingue dixit. Quæret quis, quam similitudinem rhamnus cum papavere habeat? Cum vulgato papavere, etiam cornuto, nullam, planè habet similitudinem, nisi quod utriusque folia sint suppinguia, sed parvo comparat papaveri. Videtur intelligere spumea papaver, huic caulis dodrantalis, foliaque spumea, suppinguia, struthio similia, id est, oblonga, quadantenus oleam referentia. Vide cap. 13. lib. 4. histor. Priores rhamni satis cogniti. Rhamnus frutex, sepibus faciendis idoneus, quo utuntur mulieres ad insolandas ficus, si quidem eas ad huc recentes longis hujusce fruticis aculeis perforant, & ad solem appendunt. Virgis est rectis, in multos ramos divisis, candido, lævi cortice vestitis, aculeis validis, ac firmis, spinæ in modum horrentibus: folia plerumque quaterna aut quina ad singularum spinarum exortus nascuntur subpinguia, mollia, oblonga, subalbida, oleæ similia, nisi quod tenera sunt & succulenta autumno, novis succrescentibus, interdum decidua. Flores autumno longiusculi, candicantes, extremis oris in quinque crenas divisi, quibus decidentibus, feminis quoddam rudimentum, ut in jasmeno relinquuntur, quod in baccam rubentem pisi magnitudine mutatur: crassa multiplicique radice firmatur. Istius generis alium penè similem observavit rhamnum Carolus Clusius, sed humiliorem, frequentioribus ramis fruticantem, minoribus foliis, magis carnosis, salsi gustus, superiore candidiorem, floribus ejusdem cum illo formæ, sed purpurei planè coloris. Malunt alii oleastrum Germanicum, quem rhamnum salicis, folio angusto, fructu flavescens vocant, esse rhamnum primum Dioscoridis. Frutex est, vel fruticescens arbor, non admodum procera, trium aut quatuor cubitorum altitudine. Apud nos raro procerior, alibi tamen ad sex cubitos ascendere audio. Caudice est aliquantulum intorto, ramis, surculis flexibilioribus, quam prunum, jam descriptum genus, cortice vestitis spadiceo, spinarum etiam longarum vallo horrentibus, colore ut plurimum cinericeo. Folia totis ramulis, surculisque adnascuntur oblonga, oleæ similia, angustiora tamen, minora, & tenuiora, minusque carnosia, perpetua, tenuissima lanugine subtrus canescencia, superius autem in viridi cineracea, longitudine sesquiunciam, latitudine tertiam digiti partem æquantia, sapore modicè adstringente, odore nullo. Flos oleæ herbaceus, circa ramos frequens. Succedit bacca rotunda, myrti baccæ similis, paulò tamen major, oblongior, multò verò mollior; colore primum viridis, maturitate flavescens succo intus luteo præditus, toraq; hyme in frutice permanens. Torus frutex pulvere resperfus videtur. Illud etiam notandum, novellas plantas spinis, non secus ac in ononide observatur, carere. Frequens est apud Batavos, maritimis præsertim littoribus. Alii rhamnum hanc, pro altera rhamno Dioscoridis habere malunt, quilibet sua fruatur opinione, nec ea de re nobis multum altercandum videtur. Hallucinantur qui hippophaen Dioscoridis putant, quod radix lacte vel succo lacteo careat. Diosc. lib. 4. cap. 162. *ρίζα πυκνὴ, καὶ μελαγχρῆ, ὅπερ μέση, ἡ δὲ σπιμύνη πυκνὴ, ὅπερ ῥομίνη ἴσως ἔστιν ἰσχυρὴ.* Radix crassa, mollis, lacteis succi plena, gustu amara. Horum omnium nihil in oleastri Germanici radice, nec flos cum descriptione Dioscoridis convenit. Nam, colore inquit esse candido, ex parte puniceo-rubente, sed de hippophae alibi. Rhamnum alteram adversariorum auctores putant, cujus imaginem adpingere curavimus. *Tota, inquit, planta alba, & minoribus floribus* (quam oleastri Germanicus) *sed candidioribus jesamini pubet, at herbæ coloris, cortice ex viridi pallescente, utriusque rarus usus. Monspelienfes hanc rhamnum secundam vocant.* De tertio rhamno non est eadem omnibus sententia. Verba hæc, *καρπὸς ἢ πλατύς, λευκός, λεπτός, ὡς ἑλαιακίδης ἰσχυρὸς σπονδύλιος* ad paliuri historiam, cujus multa est apud Diosc. descriptio, pertinere putant: nam Theoph. inquit, &

Plinius, non videntur inter secundum & tertium, hoc est, inter album & nigrum, aliud quam coloris discrimen agnovisse. Horum opinionem neutiquam probo, idque, quod verba hæc apud Oribasium & Serapionem reperiuntur,

Rhamnus secunda Diosc. Monspel.



unde colligi facile potest, in antiquissimis codicibus hanc lectionem reperiri. Falluntur mirum in modum, cum scribunt, Theophrastum inter album & nigrum nullum aliud agnovisse quam coloris discrimen. Non videntur Theophrastum legisse, vel parum ad verba hæc attendisse, καὶ ἡ καρπὸς διὰ φορῶν, ἀκαθάρτου ἢ ἄμφο. An non aperte in fructu differentiam esse scribit. Fefellit illos, quod paliurum in lobo ferre scribit semen. Vide cap. de paliuro. Dioscorides rhamnum tertium *ἰσχυρὸς σπονδύλιος*, vel, ut in aliis legitur, *σπονδύλιος* Nam *ἀσφοδύλιος* vox spuria, & corrupta. Oribasius enim & Serapio *σπονδύλιος* legerunt; quomodo in M. S. antiquo legi testatur Gonpylus. *σπονδύλιος* herba est, & vertebra dorsi, seu unum ex 24. ossibus ex quibus spina dorsi constructa est. Verticillū etiam significat, quo utuntur in fufis mulieres, instrumentum illud & pondusculum, quod nentes mulieres fusorū imæ partē apponunt, ut illos facilius torqueant: horum figuram naturam plurimum plantarum seminibus dedit. Quod si quis cum Serapione velit interpretari, *Fructum fert in folliculo spondalii semini similem*, per me licet. Aptari enim non ineptè huic semini potest, cui similis rhamni hujus follicularis fructus videtur, orbiculata effigie, medio carnosâ, semen enim spondalii latum, & compressum. De foliis hujus rhamni intelligendus Athenæus, cum lotum Africanam rhamno comparat, *ἔχει δὲ φύλλον χλωρὸν ὡς ῥομίνη, ἡ δὲ σπιμύνη πυκνὴ, ὅπερ ῥομίνη ἴσως ἔστιν ἰσχυρὴ.* Foliū habet pallidum, parvum, rhamno simile, crassius, & latius. Nullum præter hoc rhamni genus folium latius habet loto Africana, Planta ergo quæ à Doctiss. Clusio, Dodonæo, & cæteris ostenditur, non est rhamnus tertia, quia semen in filiqua non gerit, sed baccas sive fructum nigrum, rotundum, acerbum, parvo pruno sylvestri similem. Rhamnum tertiam, eam plantam, quam paliuri nomine botanici ostendunt, non esse, vel eo argumento probatur, quod foliis non constet aculeatis ac spinosis. Vide cap. de paliuro. Describitur à Mathiolo his ferè verbis. *Tertium rhamni genus, quod nigrius est, ut etiam Diosc. refert, quinque ferme cubitorum altitudine attollitur, cæteris spinosis, infirmioribus aculeis, aliis longis & rectis, aliis ut rubi incurvis, lævi cortice obductis, fulvo colore; foliis latioribus, solidioribus, nervosioribus, nigrioribus, quadantenus ad ruborem vergentibus, per ambitum crenatis; floribus muscosis, subcroceis: fructu tenui, lato, candido, folliculari specie, rotundo verticillo non absimili, in cuius medio nucleus est durus, ac rotundus, ciceris ferè magnitudine,*

magnitudine, in quo semen concluditur, lentis instar compressum, rubro cortice, ut alba intus medulla, nascitur in maritimis & campestribus & locis incultis. Hanc plantam esse rhamnum, vel eo argumento probatur, quod folia

Rhamnus tertia Mathioli.



sunt loco Africanæ simillima. Vide utriusque iconem. Utraque enim est foliis minoribus, latis, quasi rotundis, acuminatis. Unum tantum obest, quo minus hæc rhamnus dici mereatur, quod folia huic sunt decidua, cum Theophrastus rhamnum perpetuo folio, paliurum deciduo scribat. Dicendum de vulgata rhamno, five de prioribus hoc tradere Theophrastum, non de tertia; vel, in Græcia (in qua habitavit Theophrastus.) huic non esse folium deciduum, verum perpetuum, uti suberi loci varietate contingit, Facile etiam fieri potuit, quod Dioscorides Græcisque recentiores rhamnum vocarint quem antiquiores paliurum dixerunt, Vide smyrnii, hippofeliniq[ue] historiam; item cap. de paliuro.

Oxyacanthos nomen accepit à spinis acutis, ac acuminatis. Nomen ἔξυακάνθος diversis spinæ generibus tribuitur, ut cynofbato, & similibus, quas spinis natura munivit. ἔξυακάνθος Plinius vertit aquifolium, quod etiam imitatur Gaza. Vide cap. 4. hujus libri. Theophrastus cap. 6. hujus libri πὲρ τῶν ἄλλων ἐπισημασμένων ἔξυακάνθος, φιλύκη, ἔξυακάνθος, παλίωρον Plinius lib. 16. cap. 15. de arboribus quæ vere ineunte germinant. Cetera vere capturo aquifolium, terebinthus, paliurus &c. Theophrastus lib. 3. cap. 4. ubi arbores recenset, quibus folia non decidunt. διδάσκει, κήλαρον, ἔξυακάνθος, πρίον, μελίχνη. Plinius lib. 16. cap. 21. Sylvestrium generi folia non decidunt abietis, larici, pinastro, junipero, cedro, terebintho, buxo, ilici aquifolio, suberi, taxo &c. Est tamen alia Latinorum aquifolium planta, à Græcorum oxyacantho: aquifolium enim quasi acufolium, quod spinosa habeat folia. Plinius lib. 16. cap. 24. Pungentia pino, picea, abietis, larici, cedro, aquifolii. Plura igitur aquifolia. Capite de Ilice, dixi, ilicem aquifolium esse: & cratægum, aquifolium à Plinio vocari, tradidi. Oxyacanthum idem aquifolium vertit. Sed nec oxyacantho, nec cratægo folia spinosa. Quæ de cratægo dixi, non repetam. Oxyacanthum folio non esse spinoso, facile probari potest. Dioscorides lib. 1. cap. 169. de mespilo. ὁμοίον τοῖς φύλλοις ἔξυακάνθου. Theophrastus mespilo huic generi folium tribuit πολυχίδις, καὶ ἐν ἄλλοις στανισίδις. μερίζουσι χήμασι τίτανον, ἰσάδας, λιπτόπερον σλίνα, καὶ σφομενίστηρον, καὶ τὸ ὅλον καταιχμίσμασι σφομενίστηρον. Oxyacanthus vulgaris folium habet incisuris charaxatum, apio fatis simile. Plinius tamen aquifolium dicit habere folium spinosum. Aculeata, inquit loco citato, aquifolio, & ilicum generis. Aquifolium ergo &

oxyacanthos planta diversa, vel, male Plinius aquifolium oxyacanthon vertit. Græcis ἔξυακάνθος & ἔξυακάνθος dicitur. Theop. quidem ἔξυακάνθος, quod imitatur Galenus, ut infra dicam, Diosc. verò ἔξυακάνθος. Apud quem hæc de oxyacantha leguntur. ἔξυακάνθος, οἷον πυρρακάνθος καλοῦσι. δένδρον ἐστὶ τῶν ἀπολλήσιον ἀρχαῖα, μετὰ τὴν ἐξ ἡμῶν καλοῦσιν ἄρα. καρπὸν δὲ φέρει μετὰ ἡμῶν. ἀδρῶν, ἰερῶν, ἰσχυρίων, ἰσχυρῶν πυρρακάνθος, ἰσχυρῶν πολυχίδι καὶ βαθίαν. Oxyacantha, quam pyram nonnulli, alii pyranthen vocant, arbor est pyrastro similis, at minor, & valde spinosa; fructum profert myrti baccis valde assimilem, plenum, rubrum, fragilem, nucleo intus præditum: radicem multifidam & profundam. Πυρρακάνθος vocari tradit. πυρρακάνθος emplastri nomen ad durities & scirros, cuius descriptio est apud Æginetana lib. 7. cap. 17. Galenus in γλώσσαις πυρρακάνθος vel, ut in aliis codicibus legitur, πυρρακάνθος exponit grana, & maxime de thure dici ait. πυρρακάνθος τοῦ χόδρου, ἰσχυρῶν δὲ ἀπὸ λιθωνίου. Hipp. lib. 2. ἀπὸ γυναικίων. καὶ διὰ τὴν οὐκ ἔχουσαν πρὸς τὸν ἀδρῶν ἡσθεῖα ἀκτῆς καρπὸν, ὅσον πυρρακάνθος ἐστὶν οἷον ἀκτῆων. Post hos verò dies mande, jejune sambuci fructus grana sex, hoc est baccas, in vino macevato exhibito. Idem ἀπὸ ἰπποκράτους καὶ λιθωνίου πυρρακάνθος (in aliis πυρρακάνθος) πέντε, & θυρού granula quinque. πυρρακάνθος & πυρρακάνθος. Idem Hesyechius πυρρακάνθος πέντε τῶν ἰλαίων ὄσπ. Nihil notius, quam olivæ os πυρρακάνθος vocari. Unde ergo arbor hæc πυρρακάνθος vocatur? an quod baccas fert myrti, in qua nucleus πυρρακάνθος? Hoc non fit verisimile. πυρρακάνθος dicitur, quod urentes pungentisque spinas habeat, καὶ τὸ πυρρῶς ab igne. Eadem πυρρακάνθος dicitur, quod est corruptum. Corrigitur πυρρακάνθος, id est, rubra spina, quod ad hunc colorem inclinat lignum oxyacanthæ. Scribo πυρρακάνθος καλοῦσι. Plinius lib. 24. cap. 13. Pyracanthi bacca contra serpentium ictus bibuntur. Ita in antiquo nostro codice legitur. Etiam titulus habet de appendice spina; & pyracantho. In indice tamen legitur pyracantho, quod corruptum est. Nec melius vulgati codices habent pyracanthi bacca. Male etiam in quibusdam pyracantha scribitur, & frustra corrigitur pyracanthi. Pyracantham adversus ictus serpentum aliorumque animalium venenatorum morsus præscribit Nicand. in Ther.

Ἄριστος καὶ πυρρακάνθος, ἰσχυρῶν φλόμου ἄρην &c. Doctiff. Nicandri Interpres πυρρακάνθος, Scolymon exponit. Pyracantha, inquit, herba est, quam alii Græci scolymum, Ægyptii cynus, Romani strobilum, & ut Virgilius Marcellus auctor, carduum dicunt, cuius descriptionem apud Diosc. est cernere. Anctuarii auctor strobylum pyracantham vocari tradit. οἱ δὲ φέρουσι, (Interpres φέγουσα) οἷον πυρρακάνθος, ῥομαῖοι στροβύλου αἰγυπτίω χροθί. Fallitur vir magnus. Non enim intelligit Poëta Scolymum, verum oxyacantham; cuius baccas ad ictus serpentum utiles tradit Plin. quod de scolymo intelligi nequit. πυρρακάνθος quasi ignea dicitur spina, id est, valde urens, pungentisque. τῶν ἀπολλήσιον ἀρχαῖα. In quibusdam codicibus τετρακάλιον quadruplo major, inges profecto, magna; foret planta. Hanc lectione corrupta, vox sequens μετὰ τὴν ostendit. Nam pyrastro non potest esse quadruplo major & minor; quantum ad formam attinet, & ligni spinas, Piraastro satis est similis, folio tamen, ut dixi, dissimilis est; Dioscorides enim Aroniæ mespilo simile docet. Placuit antiquioribus botanicis oxyacantham Græcorum eandem esse, quæ officinis berberis. Falluntur, licet antiquissima sit hæc opinio, & Græcorum etiam recentiorum, five barbarorum auctoritate munita: contra quam satis multa faciunt, ut mox dicam, ubi quæ recentiores tradunt Græci in medium attulero. Myrepsus scet. (de antidot. cap. 457. βίβρατος τῶν ἔξυακάνθων ἀνιμάτῳ. berberis, hoc est, seminis oxyacanthæ. Idem cap. 27. καί τῶν ὄσπ. ἢ τῶν βίβρατος, ita in Græco codice haberi auctor Fuchsius. Corrigit idem, καὶ τῶν ὄσπ. Vocant, inquit, in hodiernum usque diem stirpem acanthum Græcis & Latinis dictam, officina brancam urfinam; quare interpretatio Nicolai non videtur esse legitima, quod brancam urfinam esse berberis tradit, cum ipsomet in multis compositionibus, berberis dicat esse eandem cum Græcorum oxyacantha, & in vobum Nicolai interpretatione manifestè scriptum est, βίβρατος τῶν ἔξυακάνθων ἀνιμάτῳ, hoc est, berberis semen est oxyacanthæ. Corruptus Nicolai codex. Nam in codice Græco, quem vidit Clariff. Salmasius, longè aliter habetur, hoc nempe modo: ἀνιμάτῳ ἀνιμάτῳ, μετὰ τὴν ἔξυακάνθος τῶν βίβρατος ἢ τῶν ἔξυακάνθων, δικταμῶν, ἀλεξίπονην μακροῦ. In verbis Myrepsi deest expositio, qua Græcè explicabit nomen brancæ urfinæ. Nec dubitat idem Salmasius, debere suppleri τῶν ἀνιμάτῳ βίβρατος ἢ τῶν ἔξυακάνθων. Totum hunc locum in hunc sensum lego, ac interpungo. ἀνιμάτῳ ἀνιμάτῳ, καὶ τῶν ὄσπ. τῶν ἀνιμάτῳ ἀνιμάτῳ, βίβρατος ἢ τῶν ἔξυακάνθων, δίκταμῶν ἀλεξίπονην μακροῦ. Docet plantam, quam brancam

camurfinam vocabant, à Græcis acanthon appellari, aliam tamen oxyacanthum, nempe quæ vulgo berberis dicebatur. Hoc quidem vult Nicolaus, sed fallitur. Berberis non est oxyacantha Dioscorid. nec Theophrasti. Berberidis folia sunt parva, oblonga, dilute virentia, ambitu crenata, nonnihil aspera, sapore acida; qualia non sunt mespili aroniæ. Huic enim folia fissa, majoribus quam apii divisuris, lævia, cum virore splendentia. Insuper berberis parvam cum pyraastro similitudinem habet. Etenim pyraaster simplex è solo profilit, atque unico duntaxat caudice attollitur, ac deinde tam in longum latumque excrescit, ut ad communis arboris proceritatē assurgat. Berberis nullum ab radice mittit caudicem, sed pluribus ac diversis aculeatis stolonibus fructicat, qui virgarū modo in altum se attollant, nec nisi rarissimè arborescunt. Nam qui omnium majores habentur, rarò pollicarem excedunt crassitudinem, nisi ætate longa incrementum acceperint. Quin & rara inveniuntur ejus virgulta, quæ hominis longitudinem superant, Longo admodum temporis tractu opus habent, antequam arborescant, quod experientia didici. Habui berberidē, quæ ad parvam arboris magnitudinem pervenerat, crassitie tamen brachiali nondum erat. Præterea, pyraastro cortex asper, squamosus, inæqualis, crassius, colore è nigro rufescente; berberis vestitur cortice albo, levi, & admodum tenui; quo fit, ut ne quidem leviter ferro, vel lapide, tangi possit, quin statim cortex frangatur, croceumque lignum appareat. Spinæ etiam habet, à pyraastro valde dissimiles. Pyrus enim sylvestris prunorum modo aculeata est, singulis spinis ex eodem loco erumpentibus, licet ramis prædita sit spinis horrentibus, frequentissimis, iisque admodum duris, nigris, validis, pungentibus, candidi rhamni modo mucronatis. Berberidi trium spinarū ad singulos nodos perpetua series, simul ex uno eodemque ferè punctulo emanantium, aded, ut trifurcato quasi ordine prodire videantur, duabus scilicet utrimque se pandentibus, tertia verò mediū occupante. Albis, planis, non quidem rotundis, fragilibus & admodū pungentibus. Oxyacantha rotundū habet fructum, ad instar baccarū myrtis; berberidis verò fructus racematim uvæ in modū propendet, parvus insuper, teres, & oblongus. Oxyacanthæ præterea fructus δεικνυται, hoc est, fungosus aut friabilis; berberidis fructus, quoniam lenta cute succulentam carnem continet, friabilis aut fungosus esse nequit; friabile enim de re fragili, arida, quæ digitis facillè quasi in pulverem atteri queat, dicitur, non de re quapiam lenta, humida, & succosa. Alii berberidem oxyacanthum Galeni scribunt, distinguuntque inter oxyacantham & oxyacanthum. Galenus, inquit, hanc spinam (berberidem) δεικνυται vocat, & ab δεικνυται differentem in Libris de facult. simpl. Med. scilicet. sed manifestis in Libr. de alimentorum facultatibus, ubi oxyacantha asparagos inter edules refert, quales non oxyacanthus, (Baghedoozen) sed oxyacantha sive acida spina (Saufeboom) profert. Aprili enim folia ei subnascuntur nova, atque eodem tempore ex veteribus caudicibus turiones erumpunt oblongi, molles, myacanthæ asparagis similes, qui esui idonei sunt, nec citò lignosi fiunt, aut durefcunt. Galenus lib. 2. de Alim. fac. cap. 59. ἔπειτα δὲ γὰρ ἀσπαραγῶν ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις φουρῖς γινώσκοντες, ἀνιμυροῖν τε, καὶ χαμαιδαύων, καὶ δεικνυται, &c. Immo oyacanthus, vel, si placet Dioscoridem sequi, oxyacantha, quæ Baghedoozen vocatur talibus asparagis non deditur. Quare illud non magni ponderis est argumentum. δεικνυται Galeni, & Dioscoridis unam eandemque esse ex lib. 7. simpl. probatur. δεικνυται. (puto scribendum δεικνυται, sed utrumque dicitur; nam apud Theoph. δεικνυται constanter legitur.) τὸ ὄνομα δὲ τὸ δένδρον ὡς περ ἀχρεῖδι ὡς παλαιότερον ἐστὶ τῶν ἰδίων, οὕτως καὶ τῶν δένδρων, καὶ ἰσὺ γὰρ καὶ οἱ καρποὶ. ὁ ἰσὺ δὲ ἀχρεῖδι, ἀπὸ τῆς σφυρῆς, ὅτι τὸ δεικνυται, καὶ λιπώμενος ἐστὶ, καὶ τμητικὸν ἄλιζον ἔχει, ὃ δὲ καρπὸς δὲ δένδρου, τῶν δὲ ἀχρεῖδι ὅσα ἴσμεν, ὁμοίῳ δὲ ἐστὶ τοῖς μέγροις, ἐρυθρὸς τε καὶ ἀργεῖος ὑπόχρωος, ἔχει δὲ καὶ πυρῆνας, ἃ μόνον ἐδιδόμην, &c. Oxyacanthus hæc arbor, ut pyro sylvestri similem habet speciem, ita & vires non dissimiles: quin & ipsi fructus. (intellige eandem vim habent, nec enim de forma intelligi potest, quod infra dicat, non eandem habere figuram: Quin etiam piro planè est dissimilis. nullum oxyacanthæ genus cognitum, cui piri fructus.) Piri quidem sylvestris, prorsum atque absolutè acerbus est, oxyacanthæ verò tenuium partium est, & paulum quiddam incisivum obtinet: porro arboris hujus fructus piri sylvestris quidem fructui similis non est, verum myrtis, scilicet rubens, & laxus (Diosc. δεικνυται friabilis.) Habet verò & nucleos, porro non esus tantum, &c. Berberidis fructus, ut dixi, myrto similis non est, nec ἀργεῖος rarus, fungosus: plures

uno pediculo dependent, succoque scatent. Quocunque modo ἀργεῖος vertas, non cōvenit berberidis fructui. οὕτως καὶ ergo Galeni, & Dioscoridis eadem planta. Alii oxyacantham scribunt spinam acutam pyri folio, cujus imaginem exhibemus. Huic facies & folium pyrastris,

Pyracantha.



aspectu squalida; ejus baccæ rubræ esitantur pueris, femina oblonga habent, quasi pyri aut berberidis. In umbella flores racematim candidos, & fructus oxyacanthæ pares edit, quem propter foliorum similitudinem nonnulli pyracantham vocant, valde est spinosis ramis, non foliis; usus ejus hodie nullus, aut neglectus. Hanc non esse oxyacantham ex eo apparet, quod foliis caret mespili, aroniæ, hoc est, apii modo dissectis. Aliter eandem (sic enim existimo, ignosce lector, si diversa) describit Bauhinus. Ex radicibus crassis multis caudicem emittit rectum, firmum, cortice subcinereo tectum, qui in multos ramos longos latè diffusos brachiatur, quos inordinatè cingunt spinæ, validæ, erectæ, atrociter pungentes, quibus superiores rami sæpè destituuntur: foliis est aliquando rotundioribus, arbuti instar, aliquando ad modum pyrastris oblongis, aliquando etiam acuminatis, in ambitu tamen dissectis, venosis. Flosculi ex quatuor, aut quinque foliolis compositi, parvis pediculis insidentes, acervatim congesti, ex luteo subrubent; ex quorum medio brevia aliquot stamina prodeunt: his succedunt fructus forma oxyacanthæ vulgaris, rotundi, umbilicati, densius coacervati, ex aurco ad coccineum vergentes, acidi gustus, in quibus grana aliquot continentur. Provenit sponte in sepibus circa Bononiam; in agro item Senensis, prope Alcinum montem, & in Alpinorum gentium Brodunenium saxosis convallibus. In Gallo-Provincia & Italia provenire, Lobelius tradit. Satis constare arbitror, hanc non esse oxyacantham Dioscoridis. Nam, foliis mespili aroniæ caret. Malunt alii, oxyacantham esse, quam vulgo Baghedoozen vocamus. Unum alterumque obstat, quod δεικνυται Theophrastus inter arbores sylvestres recenset, cui nunquam decidunt folia; certum autem est oxyacanthæ decidere folia. Sed hoc argumentum multis modis solvitur. Respondent alii, Theoph. lib. 3. cap. 4. ubi inter αἰθουλλὰ recenset oxyacantham, alias etiam recensere arbores, quibus folia decidunt, ut tamaricem, terebinthum, tiliam. Alii hæc arborum genera addidit esse contendunt; quod lib. 1. cap. 15. ubi perpetuifolia recenset, harum non meminerit, Horum opinionem confirmat Plinius libr. 16. cap. 21. ubi arbores, quæ æternum comarum decus possident, enarrat. Vide cap. 4. hujus libri. Arridet aliis responsio supra de rhamno tertia tradita. Multis enim Græciæ calidioribus locis, ut & in Ægypto, multæ arbores, quibus alibi folia decidunt, ibi perpetuam servant frondem, aded quidem, ut circa Memphim, vites perpetua coma viridescant, Notum est illud ejusdem Theophrasti ἔστι δὲ ὅσα ὄντα τῆ φύσει,

φύσει, ὡς καὶ τὸν τῶν ἰσθμίων ἀειφυλλὰ. Alii aliam esse oxyacantham Dioscoridis & Theophrasti ἀειφυλλῶν statuunt, ac quidem oxyacanthum Theophrasti pyracantham, ab adversariorum, auctoribus descriptam esse volunt: oxyacantham verò Dioscoridis illam, quam **Ἡαγηδοοζεν** vocamus. Quod mirum videri non debet; Nam smyrnium Theophrasti hipposelinū Dioscorid. & contra, leucoron Theophrasti diversum planè ab eo, quod ponit Dioscorides asserunt. Idem de rhamnō tertia & paliuro supra dixi. Aliud addunt argumentum, quod spinæ hujus non sunt malo medicæ similes. Theoph. lib. 4. hist. cap. 4. ἀκροῦς δὲ ἔχει οἶος ἀπιός, ἢ ὀξυάκωντος, λείας ἢ ὀξείας, σφόδρα καὶ ἰσχυροῦς. Responderi solet, Sylvestris pyri spinas non plus à mali medicæ aculeis differre, quam oxyacanthæ. Quare Theophrastum dicere voluisse existimant; quod malus medica sit aculeata ut pyrastra, & oxyacantha. Responderi etiam potest, non in omnibus sed tantum in quibusdam similes esse has spinas; ut levitate, acumine, validitate, & similibus: vel dicendum, cultura jam domitum magis malum medicam, ideoque spinas gerere mitiores, vel in Græcia, alios quam in Hispania gerere aculeos. Nec altera, quam pyracantham vocant, si postremum valet argumentum, oxyacantha est Theophrasti; Nam spinas malo medicæ similes non habet. Sunt qui oxyacantham, quam **Ἡαγηδοοζεν** appellamus, spinam appendicem Plinii esse arbitrantur. De spina hac hæc tradit Plinius lib. 24. cap. 13. *Spina est appendix appellata, quoniam bacca juniceo colore in ea appendices vocantur.* In tanta brevitate nihil concludi potest, magis appendere videntur berberidis bacca quam oxyacanthæ. Appendices enim ab appendendo dictæ videntur. Oxya-

Oxyacanthæ.



cantha magnus est frutex. Non raro in arborem pyri altitudine excrescens, præsertim, si cultus accedat. Caudices sunt ei crassi, duri, rami lignosi, lenti, duri, aculeis firmis, & maximè noxiis undique armati; cortice rufescente vestiti: Folia latiuscula, lævia, cum virore resplendentia, profundis ternis, quandoque quinis aut pluribus fissuris dissecta. Flores in umbellis suave odorati, quibus foliolis candidis constantes; in quorum medio multi albi ceu capilli apparent, apices roseos sustinentes. Bacca rotundæ, per maturitatem rubentes, in superiore parte nigrum quid obrinentes; in quibus mollis & dulcis pulpa, lanuginosa, & semina aliquot albida continentia. Toto autumno, ad mediam usque hyemem perdurant, tanto lævore pellucet, ruboreque decorantur, ut globulos præstantiore corallo præparatos referant. Ut mirum videri non debeat, in coronis, ut Theophrast. lib. 6. cap.

ult. tradit, locum habuisse. Radix autè in terram descendit, Gaudet argillosa terra, in sylvis, juxta vias agrorum, hortorumque sepimenta ac limites nascitur. In hanc mespilus commodè inseritur, uti etiam cydonia, ut tradit Geopon. auct. lib. 10. cap. 76. τὴν κνιδίαν ἰσχυρὴν εἶναι εἰς ὀξυάκωντος. quod nostra ætas verum comperit. Huic verò & altera quædam annumeratur oxyacantha, id est, acuta spina, cujus folia angustiora, sed oblonga sunt, flores quoque in exiguis muicariis, candidi & odorati, prioris similes, bacca forma, & magnitudine pares, sed luteo croci colore rubentes, humilior autem hæc spina est, nec ita facile arborefcit, rara quoque, & in paucorum quoque hortis apud Belgas reperitur. Utraque mense Majo floret, folia Aprili mense erumpunt, bacca Septembri maturæ, esca futura turdis, sturnis, merulis, & aliis per hyemem avibus.

ἴσον. Vertunt, æquum. Neutrum scio quid sit. Corrigit alii ὄσον. Hujus meminit lib. 6. cap. 2. Sed quæ planta ὄσος? Eustathius, clarus Homeri Interpres, magna inconstantia ὄσον modò spinosam plantam, modo viticem exponit. Suidas salicem. ὄσος, inquit, ἴσα. Hefychius οἰσίνης πλέγμασι τῆς δασὸς ὄσον προσημειῖται ἢ λυγρῶ. ἔτι δὲ εἰδῶ ἰσθμίου, **Canistrum factum ex oeso vel agno, est etiam species funis.** Eustathius Odyss. 1. Ἀλλῶ δὲ Διονύσιος ὄσον φάσκειται λέγειν τὸ ποιῶν φυτόν. γογγύλιος ὅτι δασὸς οἴσου κοφίνος ἀρρίχου κλαυδύδροι, οὗς ἰάντες μὲν ἀρσενικαῖς ἀποφύρουσι, Ἀπὸ δὲ ἰσθμίου. πανστενίας δὲ ἰσθμίου, καὶ οὗς τοῦτο τῆς ἀρρίχου σκεφύλαι συνεκμύζονται ἐξ αὐτοῦ δασὸς, καὶ τὸ ἀναρρίχου. Ἐὰ δὲ τὸ πρῶτον αὐτὸ λέξιμα φέρεται, ὅτι οἴσου, ἀκαρπώδης βοτάνη, ἐξ ἧς πλέσσονται ἰσθμίου. — Ἐὰ δὲ τῆς ἰσθμίου γογγύλιος ἐστὶν ἰσθμίου οἴσου καὶ δασὸς κλαδῶν ἰσθμίου, καὶ ὅτι φυτόν ἰσθμίου ἢ δασὸς. **Ælius Dionysius ὄσον videtur talem vocare plantam, scribens, ex oeso fieri corbes vimineos distos. quos Iones quidem in masculino genere, Attici feminino pronunciant.** Pausanias narrat, quod in hujusmodi corbis uva adferantur, unde natum proverbium videtur τὸ ἀναρρίχουδ᾽ ἰσθμίου pedibusque sursum repere: in lexico vero rhetorico habetur, οἴσου plantam esse spinosam, ex qua funes texuntur. Apud Scholiastas scribitur crates oesinas fieri vel ex ramis salignis quod flexibilis sit planta oesina. Contra in Iliad. λ. agnum scribit ὄσον vocari. ἢ δὲ αὐτῶν ἐ λυγρῶ φασὶν οὐκ ἀπ᾽ αὐτῶν τὸν ἴσον καὶ ἰσθμίου ἀπ᾽ αὐτῶν κλαδῶν, ἀλλὰ φυτόν ἰσθμίου, καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν, ἢ καὶ οἴσου καλοῦσιν, ἢ οὐδὲ οἰσίνης τὸ κατὰ πᾶσιν ἀρρίχου. λυγρῶ non simpliciter vocant arboris tenerum ramum, sed plantam vimineam, & teneram, quæ etiam oesum vocatur, unde quibusdam oesocarpum, id est, oesi fructus, idem quod agnococcon, id est, agni viticis granum. De spinosa planta non videtur loqui Theophrastus, saltem nullam novi, quæ conveniat cum descriptione. Nec de salice agit Philosophus; quod salix hanc nec in flore, nec in fructu agnoscit differentiam; in agno hæc omnia observantur. Quare verisimilis admodum eorum opinio, qui ὄσον legunt, & agnum exponunt. Accedit, quod eadem de agno ferè tradat Plinius, quæ de oeso Theophrastus. Notandum, apud Ætium lib. 3. cap. 37. ἰσθμίου plantæ mentionem fieri, de qua hæc tradit ἰσθμίου τὸ φλοιδὸν ἔσθμίου. καὶ φασὶν, ἔσθμίου, δίδου στ. ἢ ἢ σ. βρῆχων ὡς ἀποφύρουσιν ἐκ τῆς γλυκείας, & δασοῦσαν. καὶ φασὶν δὲ φλίγμα. **Isi cortice siccato, tundito, ac cribrato, Ex eo ἴ v. aut ἴ VI. dato, macerans, velut dictum est, in passo, ac, ipsum exhibens, purgat pituitam.** Isium idem quod chameleon niger, ut ipse Aetius lib. 12. cap. 46. docet. **Isi, hoc est, chameleonis nigra ἴ IIII.** Chamæleon non agnoscit in flore fructuque diversitatem, quam de ἴσου vel, ut alii legunt, οἴσου, tradit Theophrastus. Auctuarii auctor chamæleonem nigrum ἴσθμίου vocari tradit, pro quo fortè ἴσθμίου legendum, vel contra, apud Ætium ἴσθμίου scribendum. Nonnulli ἴσθμίου ribem volunt, alii uvam crispam; Sed ribes sive fructu sit albo, sive nigro, sive rubro; florem fert Majo mense pallidum, exiguum, stellatum, in quo purpurei nihil. Nec uva crispæ est. Theophrastus ἴσθμίου spinas nullas tribuit. Hanc notam adeo insignem, & singularem diligentissimus & accuratissimus scriptor haud dubiè non prætermisisset. Sed nec in flore, diversitas ulla hæcenus observata, omnis enim flos uvæ crispæ ex herbaceo albidus est, aut perquam exiguum purpureus, sed rectius ex herbaceo albidus dicitur. Vix potest dici, ad purpuram vergere, adeò exiguum purpureum est, quod in eo observatur. Fructus per maturitatem flavescit, Reperitur tamen ex atro cæruleus, sed rarius, rarissime acino conspicitur cæruleo, sed hæc spinis caret, quare alia videtur, à vulgata uva crispæ, planta. Ego, salvo meliori judicio, lego οἴσου, & verto agnum, quod in agno nora omnes reperiantur, quas de οἴσου vel ἴσθμίου tradit Theophrastus. Ἀλλῶ δὲ teste Dioscoride dicitur, quod in Theophrasti matrone castitatem custodientes eo ad strata uterentur.

Vitex.



quam vidi. Flores fert, vel totos purpureos, vel purpureos albo intermisto, verticillatim spicato ordine virgularum fastigia circumdatos. Hinc Nicander πολυάνθηα dixit.

Η σὺν Ἐπιδερμίδιο λύγον πολυάνθηα κόψας.

Aut tibi casta vitex multo quæ flore venidet, Præbeat instrata, securum fronde grabatum.

Scholias tes πολυάνθηα λέγει τὸ λύγον ἢ ἄγριον. Scribe, πολυάνθηα ἢ ἢ τὸ φυτὸν ἢ ἄγριον. Fructum, inquit, esse piperis, Ideo agreste piper à Romanis dictam viticem scribit Augustinus. Rotundum est instar piperis; quare fraudulenter in quibusdam officinis cum pipere divenditur.

Παλιούριον dicitur, quasi παλιούριον, iterum urina, id est, bis mingens. Ad quod faceret alludens Martialis, ridet Paulinum hoc disticho:

Minxisti Pauline semel currente carina, Meiere vis iterum, jam Palinurus eris.

Id est, bis meiens. Non autem, eris palinurus; id est, caedes navi, ut Palinurus. Verū, quia Poeta sic id accepturos plerofq; noverat, ita scripsit, ut multos hoc cavillo deciperet. Non ad casum Palinuri alludit Martialis; nec auguratur, si iterum meiat, futurum ut submergatur: nec ad nomen Palinuri Gubernatoris navis Aeneæ, ut doctissimorum Grammaticorum senatus decernit; sed ad significationem vocis palinuri. Vel παλιούριον dicitur, quasi παλιούριον, urinam moveo. à παλιούριον. παλιούριον, vibro, salio. Helychius, παλιούριον, πηδῶ, σείεται, κομδαίνεται, κινεῖται, σφύζει. Diosc. lib. I. cap. 121. de paliuro. ὁ αἶμα πινόμενον βλάπτει ἀνθρώπων, καὶ τὸν οὐκ ἐκείνην ἀφαιρῶν, καὶ ὡς ἐρεπτοῦ δὴ γὰρ καὶ πρὸς τὸ φύλλον, ἢ ἢ ῥίζα σπυγία. ἢ τὸ ἀφαιρῶν ποτὸν, καὶ ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς, οὐδὲ τί ἄλλο, &c. Quod quidem (semen) potum tussi opitulatur, vesicæ calculos comminuat, & serpentium morsibus adversatur; folia & radix ad stridoriam vim habent, quorum decoctum potum alvum sistit, urinas trahit. A recentioribus etiam inter nephritica recensentur medicamenta, eorumque compositionibus additur. Myrepsus. lib. I. de antidot. 188. ἀφαιρῶν ῥίζης, παλιούριον ῥίζης καὶ ἢ καρποῦ. Corrigitur παλιούριον. Sed cum constanter apud Myrepsum παλιούριον legatur, dubito an recentiores Græci παλιούριον vocarint, quod antiquiores παλιούριον. Vide antidotum 281. ubi etiam παλιούριον legitur. Ἀφαιρῶν nescio quid sit, forte scribendum. ἀσπάλθου ῥίζης. Objiciet quis, aspalathum lignum esse. Non est hujus loci disputare, utrum sit lignum an radix. Illud sufficit demonstrasse, radicis corticem sæpè ab auctoribus præscribi. Gal. lib. 16. de Theriac. ad Pisonem, item de The-

riaca ad Pamphyllum in compos. trocisc. hedychr. ἀσπάλθου ῥίζης φλοιού, καὶ ἰσχυρῶς ἀσπάλθου. Aspalathon urinæ difficultati succurrere scribit Dioscorides; Paliuri unum genus describit. Plura inquit esse Theophrastus, vulgare, & Africanum, de quo libr. 4. cap. 4. agit. quo lectorem ablego? Vulgarem paliurum ἀρβήχου dictam legimus, quod sepibus vehementer congruat. Nicander in Theriac.

Ἡ μὲν καρπὸς καὶ μὲν ἀρβήχου παλιούριον.

Quin etiam surgens foliis paliurus acutus.

Scholias tes. ἀρβήχου οὐδὲ ἢ παλιούριον λέγεται, οἰονὶ ἀσπάλθου σπυγία καὶ ὡς φραγμὸν ἢ περιμήνη. διὰ τὸ ἐπιπέφυθον α, καὶ τὸ ῥήχου, ὁ σημαίνει τὸν φραγμὸν. Arrebchos itaque dicitur paliurus, quasi undique circumseptus. & ad sepem faciendas bene emptus, ab intensiva particula α ῥήχου, quod sepem significat. Elegans verticulus Gemini in Paliurum qui septimentum orto præstat.

Η Παλιούριον, ἐγὼ τρηχὺ ξύλον, οἷον ἐν ἔρκει.

Τίς μὲν ἄφορον λέξει τὴν φορέμων φύλλακα.

Sum Paliurus ergo quo septum hunc aspicias hortum.

Frugiferas servo, sed nihil ipse fero.

Columella lib. IX. Locus quem sepere destinaveris, ab æquinoctio autumnali, simul atque terra maduerit imbribus, circumvallandus est duobus sulcis, tripedaneo spatio inter se distantibus: modum altitudinis, & latitudinis eorum abundè esse bipedaneum, sed eos vacuos hyemare patiemur preparatis seminibus, quibus obserantur: ea sint vastissimarum spinarum, maximè que rubi, & paliuri, & ejus quam Græci vocant κινεῖται, nos sentem canis appellamus. Casian. Bassius lib. 5. cap. 42. εἰ βούληται φραγμὸν ἔχειν ἀσπάλθου, σκαψάς τὰ φραγμὸν πηχυαίως (vulg. πηχυαίως) πρὸς αἰσὺς κρηπίδας, καὶ ἐκτείνον χροῖον ἢ τὸ πύρον αὐτὸ μίας δὲ ἡμέρας ἔρωσάν σι ἐν ἰσομερῶ ἀλλοδόμενοι οροδοὶ & καρπὸς βάρυ & παλιούριον, καὶ ἔρωσας καὶ πάντα βελονογμένα (MS. ἐμβρονογμένα) εἰς παλιούριον μέλιτι, & πύρον (vulg. πύρον) τὸ ὑπερβαρύνον χροῖον, τρηχὺν τὸν καρπὸν ἢ βαρὺ καὶ παλιούριον, &c. Si sepem habere velis munitam & securam, scrobem cubitali effodito altitudine, in eamque palos depangito, & funiculum per scrobem extendito, præcedente autem die erovum malitum in promptu habeto, & rubi semen, ac paliuri, & oxyacanthæ. Omnia ad mellis crassitudinem macerato: postea verò extensum funiculum rubi ac palinuri semine, &c. Columella lib. 6. c. 9. Nemora sunt convenientissima, quæ vestiuntur quercu, subere, fago, pomiferisque sylvestribus, ut sunt albæ spinæ — & paliurus, atque achrades pyri. Vides ad sepem maximè idoneum paliurum. Fructum paliuri Theophrastus inquit condi in folliculo quodam; ἐν λεβῶ πη, inquit, τὸν καρπὸν ἔχει, ἐν ὑπερβαρύνον φύλλον. Dele improbum verbum ἢ, alioquin nullus sensus; vel lege cum doctiss. Robert. Constant. καὶ τὸ φύλλον vel καὶ τὸ φύλλον. Quia paliuri fructus simul plures super folia in summitate nascuntur. Legunt alii καὶ τὸ φύλλον, ἐν σφίλικα foliosa. Malunt alii τὴν φύσιν vesicula, alii τὸν ἀκτὴν folliculo, alii καὶ τὸν ἀκτὴν ἀκτὴν ἀκτὴν. Nobis simplici lima arridet correctio, καὶ τὸ φύλλον. In Basilienfi enim legitur, καὶ τὸ φύλλον. Vel deleta particula ἢ: ἐν ὑπερβαρύνον. Supra lib. I. cap. 16. inter plantas numeratur quib. folia spinosa. Quando germinat, docet lib. 3. cap. 6. & 7. Lib. 6. verò cap. 1. paliurum numerat inter ea, quæ spinas gerunt, ut rosa, capparis, pyrus sylvestris, &c. Dioscor. lib. I. cap. 120. παλιούριον ῥαβδωδὸς ἐστὶ δάμνη. ἀκαρπώδης, σπυγία, ὡς τὸ ἀπέρμα ἰσχυρῶν καὶ λιγνυδῶδες δεικνύσται. Paliurus frutex vulgo cognitus, aculeatus solidus, cujus semen pingue, & λιγνυδῶδες, id est, fuscum. Interpres lini semine emulum reperitur. Legit ergo ex Theoph. λιγνυδῶδες, aut λιγνυδῶδες, aut λιγνυδῶδες. Malunt alii λιγνυδῶδες exponere, non tantum fuscum colorè, sed cum eo etiam unguem, & oleosam naturam, qualis infectis ex oleoso aliquo humore, fuligine digitis deprehenditur. Ut sit vox ea Dioscoridi, quasi alterius illius παλιούριον, quæ pinguitudinem ac lentorè significat, declaratio quædam. Alii γλισχροῦδες, scribunt, viscosum, tenax. Nobis interpretis lectio placet ac arridet. Sunt qui agrifolium paliurum scribunt. Baccas fert hæc arbor, non folliculos, in quibus semen, his baccis nulla lentitia aut pinguedo. Agrifolio præterea coma immortalis, decidia paliuro. Placet aliis, paliurum esse quam rhamnum tertiam diximus, quam alii non probant sententiam; idque duabus de causis, quarum prior, quod Theophrastus scribit, ἐν λεβῶ proferre semen, id est, siliqua prælonga, fabæ instar, non autè in fructu

fructu rotundo ac verticillato, qui non verè folliculus est, sed follicularem quandam refert speciem, & ut proprie inquit Diosc. *ἡλακιάδης* est Græcis enim scriptoribus *λοβός*: longam vel oblongam siliquam designat in plantis, Suida & Phavorino testibus, ut fabæ folliculi sunt, & terebinthi cornicula; non autem rotundum fructum verticilli faciem referentem. Quod verò paliuri fructus oblongus sit, idem testatur Theoph. libr. 3. cap. 11. de acere scribens, Ubi inquit, *ἡ ἀκέρεια δὲ ἔσται ἡ δέσση. τὸν δὲ καρπὸν οὐ λίσαν μὲν ἀσμενίαν, παρθεμίον ἢ τῆς παλιούρου, πᾶσι δὲ ἀσμενίαν ἐστίν.* Altero cur tertium hoc rhamnii genus paliurus esse non possit causâ, ipsum est semen, quod non ἐν λοβῷ, sed in duro, ac rotundo concluditur officulo, ut ipsius verticilli centro latescente, fungosa quadam pulpa exterius obducto, triplici intus cavitate diviso, ubi semen ipsum se continet, ac latitat, lentis instar compressum, rufa ac lævi cuticula contextum, alba dulcique intus medulla; non autem fuliginosum ac pingue, aut linum referens, ut de paliuro scribunt Dioscorides & Theophrastus. Ad prius argumentum respondent; *λοβός*, non folliculus tantum longus & carnosus dicitur, sed omnis folliculus, & cuiusvis figuræ. *Λοβός* igitur sive folliculo paliuri semen includitur, sed peculiaris naturæ, & ab aliis diversæ, ut quæ foliosa, & membranacea substantia sit, ac lata. Quamobrem evidentiùs exprimere paliuri semen Theophrastus non potuit, quam cum dixit, paliurum fructum habere foliatum, qui folliculo continetur. Alterum est, quod dixit Theophrastus, aceris fructum oblongum

esse, & pennatum, paliuro similem. Hujus igitur testimonio paliuri fructus oblongus erit, non rotundus. Quæ ratio æquè facile ac prior refellitur. Magna enim est aceris fructui cum fructu paliuri similitudo; non involucri rotunditate, nec verticillata figura, sed quod duriusculum semen, ut in paliuro, membranaceo tegumento operiatur, oblongo, & aliis grandiorum muscarum simili, sed non tam oblongo in paliuro. Miranda Theophrasti diligentia; qui cum dixisset, aceris τὸν καρπὸν ἐλίσαν μὲν ἀσμενίαν, παρθεμίον δὲ παλιούρου, id est, aceris fructum non valde oblongum; paliuro tamen similem, statim subjicit πᾶσι δὲ ἀσμενίαν ἐστίν, id est, in acere oblongiorem, quam in paliuro, in quo rotundus est. Rotundum paliuri fructum esse nunquam concedam. Id negat ipse Theophrast. libr. 4. cap. 4. ubi paliurum describit Africanum; φύλλον δὲ παρθεμίον ἔχει τὸ ἐν τῷ κέντρῳ, τὸν δὲ καρπὸν διάφορον. οὐ γὰρ πᾶσι τὸν ἀκέρειαν, ἀλλὰ πρὸς γύλον ἐρυθρὸν. Folio huic nostrati simili, fructu diverso, non enim lato, sed rotundo rubroque. Absurdum etiam videtur, aceris folliculum, semini paliuri, non siliquæ comparare. *Λοβός* vocem latè quandoque sumi non nego; attamen ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ut plurimum, immo ferè semper, oblongam siliquam denotare, plurimis exemplis probari potest. Rhamnum tertium Mathioli non esse paliurū, ex his quæ dixi constat. Aliud argumentum magni ponderis addam; quod rhamnus hic tertius foliis non sit spinosis, verum omnino mollibus, nullis spinis aut aculeis præditis. Planta, quæ paliurum refert, ad cognitionem nostram nondum pervenit; quare & inter ignotas reponimus arbores.

Κ Ε Φ. Ι Η.

C A P. XVIII.

Rubi genera quot: ac de canirubo, fluidarumque generibus, & medicamento osseo, quod fluida dicitur. Item de edera, smilace. Deque arbore appellata Euonymo.

ΕΤι δὲ καὶ τὰ βάτα πλείω γένη, μεγίστην δὲ ἔχοντες διαφορὰν. ὅτι ὁ μὲν, ὄρθοφυῆς, καὶ ὑψι-
ἔχων ὁ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ὄρθος κάτω νενδκῶς. καὶ ὅταν σιωπῶν τῆ γῆ ρίζαν μὲν πάλιν. ὃν δὲ καλεῖσιν πνες χαμαιβάτων. τὸ ἢ κωδίσβατον τὸν καρπὸν ὑπε-
*ρυθρον ἔχει, καὶ ὡς ἀπὸ τῆς ῥόας. ἐστὶ δὲ δένδρον καὶ γάμνος μετὰ ξύ, καὶ παρόμοιον ταῖς ῥόαις. τὸ δὲ φύλλον ἄγνωνδες. τῆς δὲ ῥῆς, τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ καλεῖται, τῷ τὸ μὲν, ἀκαρπυ εἶναι, τὸ δὲ, κάρπυμον. ὅσα ἔχει δὲ ἔδδ τὰς ῥάβδους ὑψηλάς, ἔδδ παρχειας. φύλλον δὲ ὅμοιον πελέα. πᾶσι μικρὸν καὶ ὡς ἰσὺς τὰ φύλλα εἰς δύο, κατὰ ἄλληλα δὲ ἐκ τῶν πλαι-
*ῶν, ὡς τε σιχίαν. ἢ βάπτισι δὲ τῆς καὶ οἱ σκυτο-
 πύθεις* *Const.* *δέψαι τὰ λωκά δερμάτα. ἀνθῶ λωκόν, βοτρυώ-
 des. τῷ ἀχίματι τὸ ὄλοχερὲς ὅςτι γυγας ἔχον, ὡς περὶ καὶ ὁ βότρυς. ἀπαιθῆ (αὐτῶ) δὲ ὁ καρπὸς ἄμα τῆς σφυλῆ ἐρυθραίνεται. καὶ γίνονται οἶον φακοί: λεπτόν συγκολληροί βοτρυδὸν δὲ τὸ ἀχίμα καὶ τῆτων. ἔχει ἢ τὸ φαρμακῶδες τῆτο, ὁ καλεῖται ῥῆς ἐν αὐτῷ ὅσῳ-
 des. ὁ καὶ τῆς ῥῆς διηθημένης ἔχει πηλάκις. ῥίζα δὲ ἐπιπλάει καὶ μονοφυῆς, ὡς τε ἀισακά πῆδου ῥα-
 δῶς ὀλόρριζα. τὸ δὲ ξύλον ἐπιπερώνλει ὅσα ἔχει ἄφθαρτον δὲ, κηπίομρον. ἐν πᾶσι δὲ γίνονται πῆς τό-
 ποις. ὄρθον δὲ μάλιται ἐν ταῖς δρυγίλωδεσι. πολυει-
 δης δὲ ὁ κηπίος, καὶ γὰρ ἐπιγυῖ. ὁ δὲ, εἰς ὑψι-
 αἰρόμυρον. καὶ τῶν ἐν ὑψει πλείω γένη. τρία δὲ ἐν φαίνεται τὰ μέγιστα ὅ, τε λωκῆς, καὶ ὁ μέλας, καὶ τῆτον ἢ ἔλιξ. εἶδη δὲ ἐκάστω τῆτων πλείω. λευκῆς γὰρ, ὁ μὲν τῷ καρπῷ μόνω, ὁ δὲ καὶ ταῖς φύλλοις ἐστὶ. πάλιν ἢ τῶν λευκοκάρπων ἢ μόνων, ὁ μὲν ἄδρον καὶ πυκνὸν καὶ τὸ σπυρσηκῶτα τὸν καρπὸν ἔχει, κατὰ περὶ εἰς σφαίραν. ὃν δὲ καλεῖσιν πνες κερυμίσαι. οἱ δὲ Ἀθήνησιν ἀχαρηνικὸν δόδευόμρον. ὁ δὲ, ἐλάττω, διακεχυ-**

Rubi genera plura, sed maximo inter se discrimine distant: quod quædam erecta excelsaque, quædam prope à terra, protinufque deorsum vergens: cumque se terræ conjunxerit, radicans rursus, quem humirubum quidam appellant. † Canirubus autem fructum subrutulum parit, † malo punico similem. Est inter fruticem atque arborem, punicæ non absimilis, folio amerinæ. Fluidarum, aliam masculam, aliam foeminam dicunt: quod alia sterilis, alia fructifera fit. Nec virgas longas gerit, neque crassas: folium ulmeo simile, nisi quod † parum oblongius, densumque aliquantulum. Ramulorum novellorum folia paribus internodiis conjugatim condita adhærent, & plang è lateribus ordo versus conspicitur. † Inficiunt his coriarii alba coria. Flos candidus, racematim enascens. Hic ubi defuit, fructus cum labrusca rubescit: fiuntque ceu lentes tenues congestæ. Figura his quoque in modum uvæ. Medicamentum Fluida dictum, osseum in his continetur. Radix per summas, & simplex, ut facile avelli possit radicitus: lignum sine medulla, & cæsum quoque incorruptum perdurat. Nascitur omnibus locis, sed in argillaceis potissimum præstat. † Edera quoque multigena est: quædam enim humi repens, quædam se in excelsum attollens: & excelsarum genera plura, sed trina summa patefcunt, candida, nigra, tertiaque clavicula. Horum item species plures: † quippe alia fructu tantum candida, alia etiam foliis. Rursus fructum tantum candidum ferentium, alia majusculum, densum, & velut in globum circumactum fructum profert, quam corymbiam quidam vocarunt. Athenienses acharnicam riguam eam appellant. Alia minorem, sparsioremq; modo nigra. Habet *versæ est. † canis sentis. † mali punici cytinosis. † splendido rhuois vulgo sumach dictæ, aliam. † oblongius pilosumque aliquantulum. † conficiunt hâ coriarii alba coria. Flos candidus, racemosus, figura per universum cincinnis vel vilis floris vitis modo capillatus; hic ubi defloruit, fructus cum uvæ rubescit. racemi. Habet & medicamentum, rhus dictum, in eo osseum quid, quod rhoë percolato abscedit sapius. Radix, † belix. † alia enim fructu solo, alia etiam foliis est candida. Rursus fructum tantum candidum ferentium, quædam grandiore, densum, & veluti in orbem circumactum fructum producit, quem nonnulli corymbium vocant.*

nigra

ἴδιον Βασ. Al. alter ἰσοκῆς.
 † ῥόας κυπρίων ἴσι, vide notas Dalc. in Plin. lib 16 cap. 37.
 † ἀγλῶδες Athenæus ἰχθυῶδες Cōst. ῥακῆσιν ἀσμενίαν ἐστίν.
 † βάπτισι δὲ γίνων, ὡς τε σιχίαν. ἢ βάπτισι δὲ τῆς καὶ οἱ σκυτο-
 πύθεις *Const.*
 † δὲ τὸ Βασ. lege δὲ sine τὸ Βασ. ὅσῳ-
 γας.
 † ἀπὸ τοῦ ὅσῳ-
 πύθεις π. δ.
 † ἀπὸ τοῦ *Const.*
 ὁ μὲν.
 † μόνων, ἢ σπυρσηκῶτα τὸν καρπὸν ἔχει, κατὰ περὶ εἰς σφαίραν. ὃν δὲ καλεῖσιν πνες κερυμίσαι. οἱ δὲ Ἀθήνησιν ἀχαρηνικὸν δόδευόμρον. ὁ δὲ, ἐλάττω, διακεχυ-

αχαρειται. ο υδρον, ωσπερ η ο μελας. εχει η ο μελας διαφορας. ειλ' εχομοιως φανερα. η δε δη ελιξ εν μεγισταις διαφοραις. η γαρ τοις φυλλοις πλειστον διαφerei, τη μικροτη, η τω γωνιοσθη η τ' ερυθμοτερα ειναι. τα δε ε κιτιε ωειφερεστερα η απλα. η τω μηκει των κληματων. η επι τω ακαρπος ειναι. η διαλεινονται γαρ πνευ αποκιτιεσθαι τη φυσει τω ελικα. αλλαγη δ' εις τον κιτιον τελειωδης. ει δε πας αποκιτιεται, καθαπερ πινες φασιν, ηλικιας αυ ηη η διαθεσεως, οκ ειδους η διαφορα. καθαπερ η της απικσ προς τω αχραδα. πολλω τε γε φυλλον η τω της, πολυ διαφerei προς τον κιτιον. απανιον τ' δε τειτο η εν ολιγοις εστιν. ασε παλαιε μωμον μεταβαλιν, ωσπερ εστι της λυκικης και του κροτων. εινδη δ' εστι πλειω της ελικα. ως υδρ τα πεφανεσται η μεγιστε λαδεν τρια. η τε κλορα η ποδης, ηπερ ε πλειση, η ετερα η λευκη, ε τριτη, η ποικιλη, λευ δη καλσοι πνευ Θερακιαν. εκαση δε τετων δοκει διαφerein. η γαρ της κλωδους, η μω λεποτερα ε η μακροφυλλοτερα, ε επι πυκνοφυλλοτερα. η δ' ηηον παντα ταυτ' εχουσι. η της ποικιλης, η υδρ μειζον, η δ' ελατιον το φυλλον, ε τω ποικιλιαν διαφειρουσι. ωσουτως η η τω μεγεθει η τη χροια διαφειρουσιν. αυξεσθη δε η ποδης, η εστι πλειστον περσοσα. φανερα δ' ειναι φασι τω αποκιτιουμενω, ε μινον τοις φυλλοις, οπ μειζω η πλατοτερα εχει, αλλα η τοις βλαστοις. ετως γαρ ορθους εχει. η ηχ ωσπερ κατακεκαυμνη ε δια τω λεπιότητα η δια το μηκη. της η κιτιωδης, ε βραχυτροι η παχυτροι. η ο δε κιτιος οταν αρχηται απερμουχειν, μετεωρον τ' εστι ο ορθον τον βλαστον. πολυριζω μω ουν απασ κιτιος η πυκνοριζω, συνεσεραμμη. ταις ριζαις δε ξυλωδες, ε παχιας, η οκ αν βαθυριζοις. ε μαλισα δ' ο μελας. ε τει λυκω ο τραχυτατον, η αργιοτατον. διο ε χαλεπος ωραφεται πασι τοις δενδροις. απολλυσι γαρ παντα η αφωαινει, παρημουμενω τω τροφω. λαμβανει δε μαλισα παχυ ε τω η αποδενδρουται. η γινεται αυτ' καθ' αυτ' κιτιου δενδρον. ως δ' εστι το η πλειον αιε προς ετερα φιλει ζην, ε ωσπερ επαυλοκαλον εστιν. εχει δ' ετως ε της φυσεως π τοις τρον. ε τ' γαρ των βλαστοων αφησιν αιε ριζας ανα μεσον των φυλων. αις ωσπερ ενδυεται τοις δενδροις η τοις τοιχοις, οιν εξεπιτηδες πεποιμηδαις ιαπο της φυσεως. διο ε εξαερειμω τω υγροτητα ε ελκων αφωαινει. ε εαν ιαποκη κατωθεν, δυαται η διαιδειν ε ζω. εχει δε και ετεραν διαφορα η τον καρπον ε μικρον. ο υδρ γαρ, επιγλυκυς εστιν. ο δε, σφοδρα πικρος, και τα λυκου και του μελαω. σημειον δ' οπ τον μω εδισσιν οι ορνητες. τον δ' ε. τα μω ουν ωει τον κιτιον, ετως εχει. η δε σμιλαξ, εστι μω επαυλοκαρπον. ο δε καυλος, ακανθωδης, και ωσπερ ο ορθοκαυθον. το η φυλλον κιτιωδες, μικρον, η αγωνιον, η τω μισω προς φυσιν νοτηρον. ιδιον δ' οπ τω τε δια μεξ η τω τω ωσπερ ραχιν λεπιω εχει, και τας σημνιους διαληψεις οκ απο τω της ωσπερ τα τω αλων, αλλα ωει αυ τω ωειφειρας η γωιδας απο της η πεφύσεως τα μιχου τω φυλλω. ωρα δε τον καυλον τον ανρον. τα ωρα τας η διαλειψεις τας φυδικας, οκ των αυτων μισχων τοις φυλλοις ωραπεφυκεν ισουλ λε

nigra differentias, sed non hunc in modum conspicuas. Sed clavicula differentiis maximis discernitur. Etenim foliis plurimum distat, cum parvitate, tum quod angulata, concinnioraque sint, cum edera rotundiora, simplicioraque habeat. Distant etiam internodiorum longitudine, atque etiam sterilitate. quoniam fructum quaedam non ferant. Quod non in ederam transfigurentur, ut quidam volunt: at verò si omnes ederescant, ut aliis placet, ætatis certè, dispositionisque, non generis erit discrimen: quemadmodum piri ad piridera distat. Verùm id rarum, & in paucis evenit, ut vetustate permutetur, ceu in populo alba, & crotone. Ergo claviculae plura genera: sed quæ conspectiora, summaque occurrant, tria sunt: herbacea, ac virens, quæ plurima est: secunda candida: tertia versicolor, quam Thraciam quidam appellant: Et harum quæque distare videntur. Quippe herbacæ quædam folio tenuiori, t oblongiori, atque etiam densiori: quædam minus hæc omnia habens. Et in versicoloris genere, alia folio ampliori, alia minori, macularumque habitu diversâ. Pari modo, & magnitudine, coloreque distant. Auctu perfacilis herbacea, plurimumque proficit. Manifestam fieri, quæ ederescant affirmant, non tantum foliis, quæ majora latioraque habet, verum etiam germinibus: protinus enim erecta gerit, non inflexa gracilitate, & longitudine. Ederacea verò crassiora, brevioraque. Ac edera, ut semen proferre incipit, germen sublime rectumque edit. Est quidem universa edera radice numerosa, densa, flexuosa, t furculosa, crassa, nec nimis alta; sed præcipue nigra; & inter candidas, quæ asperissima, immitissimaque habetur: quæ quæ obrem ejus amplexus arbores omnes infestat, omnes enim necat, & excicat, ablato alimento. Crassatur hæc majorem in modum, atque arborescit in tantum, ut per se ipsa ederae arbor fiat. Attamen ex majore parte semper super alio vitam degere solet, atque (ut ita dixerim) amplexicaulis est. Ita pro sua natura, vel quiddam ejusmodi ilico gerit. Nam e germinibus radicles assidue inter folia mittit: quibus arboribus, murisque obrepit, quasi de industria à natura exhibitis. Atque ita humorem auferens exhauriensque arefacit. Et si inferius succidatur, nihilo minus vivere durareque potest. Habet & aliud discrimen non mediocre in fructu. Nam alius dulcis, alius vehementer amatus, tam in candida, quam in nigra. Indicium, quod alium aves mandunt, alium minimè attingunt. Edera ita se habet. Smilax, id est, edera cilicia amplexicaulis, ipsa quoque affurgit, fructus aculeatus, ut velut præhorridus. Folium ederae, parvum sine angulo, juxta pediculi retinaculum humectum. Pediculiare, quod medium illum callum, qui instar spinæ animantium secat, prætenuem habet, & intervalla staminea: non ex eo porrecta, ut cætera, sed circa eum in orbem circumacta, ab annexu pediculi ducit. Ad caulem vero foliorum internodia consummantem villus ab iisdem pediculis à quibus folia, tenuis seque convolvens dependens. lignosa. quare non sine damno arboribus adnascitur. crassescit hæc maxime, ipsaque per se arborescit, in tantum ut per se ipsa hederae arbor fiat, majore autem ex parte. tale quid statim habens à natura. per media folia alii. Smilax aspera, quam Latini hederae cilicium vocant, amplexicaulis est ipsa est, caulo spinoso ac velut arctiiis spinis mucicato. Folium ederae parvum sine angulo, quodque ubi pediculus sarmento adnascitur, pampinum habet peculiare, quod per medium folii quasi spinam tenet. At helix.

† Sarmen-torum, vel flagellorum. † quidã contendit, belicem natura sua in hedera de-generare, primoque esse helicem, ubi adoleverit hederae fieri: at verò, si omnes in hedera mutantur, ut nonnullis placet. etiam cum in hedera transit, ab ea vulgari distat folio proprio. † ricino. Ergo helicis. † maximè verò nota. † Et singularem quædam differentiam. † modo candida folio, † Manifestū esse ajunt, helicem in hedera transituram, non solum foliis, quæ majora latioraque gerit; sed etiam germinibus. Protinus enim erecta gerit, non inflexa & inclinata, cum ob tenuitatem, tum ob longitudinem. Nam aliis hederae crassiora brevioraque sunt germina. Nam hedera cum semen parit sublime, atque erectum gerit.

† λείων
Confi.

πλὸς καὶ ἐλικτός. αὐτὸς δὲ λευκὸν καὶ δῶδες, † ἤλιον. τὸν δὲ καρπὸν ἔχει περσμεφερῆ τῷ ἐρύχνῳ, καὶ τῷ μηλώθρῳ, καὶ μάλιστα τῇ καλυμνῶν σαφυλῇ ἀγρία. κατακορέμασι δ' οἱ βότρυες κινήσουσιν.

† οἱ μῆλον παρρηγίσει. δὲ ὡς πρὸς τὴν σαφυλίαν. ἀπὸ γὰρ ἐνὸς σημείου † οἱ μῆλοι ῥαγικοί. ὁ δὲ καρπὸς ἐρυθρός, ἔχων πυρῶδες, τὸ μὲν ἐπίπαι δύο, ἐν τοῖς μείζονσι δὲ τρεῖς, ἐν δὲ τοῖς μικροῖς ἕνα. σκληρὸς δὲ ὁ πυρῶν εὐ μάλα, καὶ τῷ χρώματι μέλας ἐξώθεν. ἴδιον δὲ τῶν βοτρυῶν, ὅτι ἐκ πλαγίων τε τὸν καυλὸν ὠραθραγγίσει. καὶ κατ' ἄκρον ὁ μέγιστος βότρυς τοῦ καυλοῦ, ὡς περὶ τῆς ῥάμνης καὶ τῆς βάτης. τὰ δὲ δὴ ἄλλον ὡς καὶ ἀκρόκαρπον, καὶ † πλαγιοκαρπίαρον. τὸ δὲ δῶδυσμον περσμεφερούδιον δένδρον, φύεται μὲν ἀλλοθί τε, καὶ τῆς Λέσβου ἐν τῷ ὄρει τῷ Ὀρκυίῳ, Ὀρδυίῳ καλυμνῶ. ἐστὶ δὲ ἡλικὸν ῥόα. καὶ τὸ φύλλον ἔχει ῥοῶδες. μείζον δὲ ἡ χαμαιδάφνη, καὶ μαλακὸν ὡς περὶ ἡ ῥόα. ἡ δὲ βλάστησις ἀρχεται μὲν αὐτῆς πρὸ τῶν Ποσειδεῶνα. αὐτῆ δὲ τῆ ἡρῶ. τὸ δὲ αὐτῶ ὅμοιον τὴν χροῶν τῆ λευκῶ ἴω ὅζει δὲ δεινὸν ὡς περὶ φόνος. ὁ δὲ καρπὸς ἐμφερὲς τὴν μορφῇ μὲν τῆς κελύφης τῷ τῆς σισυμβῆς λοβῶ. ἐνδοθεν δὲ σερρὸν, πλὴν δημηλῶν καὶ τῶν τετρασειχίαν. τὰ τὸ ἐπιόδιον. δῆλον δὲ τῶν περσμεφῶν, † δῆλον καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ κερπὸς. καὶ μάλιστα πρὸς αἶρας, ἑὰ μὴ καθάρσεως τύχη. καθαιρεῖται δὲ ἀνόχῳ. πρὸ μὲν οὖν δένδρων καὶ θάμνων εἶρηται. ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς πρὸ τῶν λευκῶν λευκῶν.

† οἱ μῆλον παρρηγίσει. δὲ ὡς πρὸς τὴν σαφυλίαν. ἀπὸ γὰρ ἐνὸς σημείου † οἱ μῆλοι ῥαγικοί. ὁ δὲ καρπὸς ἐρυθρός, ἔχων πυρῶδες, τὸ μὲν ἐπίπαι δύο, ἐν τοῖς μείζονσι δὲ τρεῖς, ἐν δὲ τοῖς μικροῖς ἕνα. σκληρὸς δὲ ὁ πυρῶν εὐ μάλα, καὶ τῷ χρώματι μέλας ἐξώθεν. ἴδιον δὲ τῶν βοτρυῶν, ὅτι ἐκ πλαγίων τε τὸν καυλὸν ὠραθραγγίσει. καὶ κατ' ἄκρον ὁ μέγιστος βότρυς τοῦ καυλοῦ, ὡς περὶ τῆς ῥάμνης καὶ τῆς βάτης. τὰ δὲ δὴ ἄλλον ὡς καὶ ἀκρόκαρπον, καὶ † πλαγιοκαρπίαρον. τὸ δὲ δῶδυσμον περσμεφερούδιον δένδρον, φύεται μὲν ἀλλοθί τε, καὶ τῆς Λέσβου ἐν τῷ ὄρει τῷ Ὀρκυίῳ, Ὀρδυίῳ καλυμνῶ. ἐστὶ δὲ ἡλικὸν ῥόα. καὶ τὸ φύλλον ἔχει ῥοῶδες. μείζον δὲ ἡ χαμαιδάφνη, καὶ μαλακὸν ὡς περὶ ἡ ῥόα. ἡ δὲ βλάστησις ἀρχεται μὲν αὐτῆς πρὸ τῶν Ποσειδεῶνα. αὐτῆ δὲ τῆ ἡρῶ. τὸ δὲ αὐτῶ ὅμοιον τὴν χροῶν τῆ λευκῶ ἴω ὅζει δὲ δεινὸν ὡς περὶ φόνος. ὁ δὲ καρπὸς ἐμφερὲς τὴν μορφῇ μὲν τῆς κελύφης τῷ τῆς σισυμβῆς λοβῶ. ἐνδοθεν δὲ σερρὸν, πλὴν δημηλῶν καὶ τῶν τετρασειχίαν. τὰ τὸ ἐπιόδιον. δῆλον δὲ τῶν περσμεφῶν, † δῆλον καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ κερπὸς. καὶ μάλιστα πρὸς αἶρας, ἑὰ μὴ καθάρσεως τύχη. καθαιρεῖται δὲ ἀνόχῳ. πρὸ μὲν οὖν δένδρων καὶ θάμνων εἶρηται. ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς πρὸ τῶν λευκῶν λευκῶν.

† πλαγιοκαρπίαρον. τὸ δὲ δῶδυσμον περσμεφερούδιον δένδρον, φύεται μὲν ἀλλοθί τε, καὶ τῆς Λέσβου ἐν τῷ ὄρει τῷ Ὀρκυίῳ, Ὀρδυίῳ καλυμνῶ. ἐστὶ δὲ ἡλικὸν ῥόα. καὶ τὸ φύλλον ἔχει ῥοῶδες. μείζον δὲ ἡ χαμαιδάφνη, καὶ μαλακὸν ὡς περὶ ἡ ῥόα. ἡ δὲ βλάστησις ἀρχεται μὲν αὐτῆς πρὸ τῶν Ποσειδεῶνα. αὐτῆ δὲ τῆ ἡρῶ. τὸ δὲ αὐτῶ ὅμοιον τὴν χροῶν τῆ λευκῶ ἴω ὅζει δὲ δεινὸν ὡς περὶ φόνος. ὁ δὲ καρπὸς ἐμφερὲς τὴν μορφῇ μὲν τῆς κελύφης τῷ τῆς σισυμβῆς λοβῶ. ἐνδοθεν δὲ σερρὸν, πλὴν δημηλῶν καὶ τῶν τετρασειχίαν. τὰ τὸ ἐπιόδιον. δῆλον δὲ τῶν περσμεφῶν, † δῆλον καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ κερπὸς. καὶ μάλιστα πρὸς αἶρας, ἑὰ μὴ καθάρσεως τύχη. καθαιρεῖται δὲ ἀνόχῳ. πρὸ μὲν οὖν δένδρων καὶ θάμνων εἶρηται. ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς πρὸ τῶν λευκῶν λευκῶν.

† δῆλον καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ κερπὸς. καὶ μάλιστα πρὸς αἶρας, ἑὰ μὴ καθάρσεως τύχη. καθαιρεῖται δὲ ἀνόχῳ. πρὸ μὲν οὖν δένδρων καὶ θάμνων εἶρηται. ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς πρὸ τῶν λευκῶν λευκῶν.

det. Flos candidus, suaviter olens verno proveniens tempore. Fructus proximus herbae folano, atque † melothro, & maxime uvae, labruscae vocatae. Racemi pensiles ut ederae sunt, verum ad labruscam potius accedunt. Nam de eodem puncto pediculi acinorum exeunt. Colore fructus rutilus est. † Nucleos in universum quidem binos continet, quanquam grandior ternos, & parvulus unum. Nucleus durus admodum est, & colore forinfecus niger. Peculiare racemis; quod per latera caulem sepunt. Et in postremo caulibus, racemus omnium maximus propendet, sicut in rhamno & rubo. Unde fit, ut extremo fructifera spectetur. Arbor Evonymus dicta, nascitur cum alibi, tum in Lesbo insula in monte Orcynio, cui nomen Ordyno: magnitudine mali punicae, atque folio ejusdem majori, quam vincaperuina: & molli, ut punica. Germinare mense † Septembri incipit, floret in vere. Flos colore albae violae similis, † odore infestus, velut cruorem inferens. Fructus cum putamine, sicut liquae sesamae proximus, intus solidus: praeterquam quod in versus dividitur quaternos. Hic pecus enecat gustatus. Quin etiam folium idem facit. Et potissimum capras, nisi purgantur, interimit. Purgantur autem † anocho. Et de arboribus quidem atque fruticibus dictum jam est: de reliquis porro dicendum.

† nucleos ut plurimum duos continet, nam grandiores, parvulus unum.

atque folio ejusdem, majore chamaidaphne. † Decembri. † odore graavis veluti attractylidis.

† praecepti alvi inamitione.

IVLII CAESARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἐστὶ δὲ τῷ Βάτιου παλαιοῦ γένη. Non abscinderem hanc partem à superiore: digerit enim ea, que proposuit in materia universalis.

Τῆς σαφυλῆς. Lambrusca, interpretatur Theodorus. Fortasse non bene. Puto non habere Plinium quem sequatur. Hermolaus prudentius: uva. Idem Hermolaus, si non est mendum, conficiunt, non inficiunt.

Πολυείδης δὲ καὶ ὁ κινήσις. Pudet, me Ederam cum paliuro commiscere. Aliud fecissem caput, nisi plus posset auctoritas sine ratione apud vulgum, quam ratio sine auctoritate apud sapientes. Et ipse, † Dioscorides, † alii laudant operam, cum partiuntur Ederam in terrestrem, † sublimem, si hanc intelligunt, quam pro terrestri accipimus nos. Ei enim cum Edera prorsus nihil.

Ἄδρον, καὶ σωιστηρία. Theodorus, majusculum, & velut in globum circumactum: etiam supra, ἄδρον, majusculum. Omisit supelationem; confertissimum, quasi in pilam. Lege τῶν λευκῶν κερπῶν μόνον: non autem, μῆλων. † ῥοῶδες: non, ῥοῶδες. † ὄζυμπετος: non ὄζυμπετος.

Τῶν κλημάτων. Theodorus, Internodiorum. At Internodia frumentaceorum, † arundinaceorum sunt. Sarmmenta sunt, quorum metitur longitudinem. Plinio se tuebitur.

Καὶ ἐπὶ τῷ ἀκρόκαρπῳ εἶρηται. Longè diversa lectio in nostro Codice Græco, † apud Theodorum. Διαθέσις, pro habitu, sive affectione dixit, dispositionem, nihil veritatis Ciceronianos.

Τὸν φύλλον καὶ τῶν πρὸς τὸν κινήσιον. Intellige, τῶν πρὸς τὸν κινήσιον, non, ἴδιον. Etenim cum Edera illam comparat. Igitur non dixisset, καὶ, tanquam de re alia, sed, ἀποκαταστάσις. Etiam cum in Ederam transit, ab ea vulgari distat folio proprio.

Καὶ ἐπιπλάσειν πρὸς τὴν σαφυλίαν. Theodorus, Inque plurimum

venit, Pessima loquutio. Facere plurimum Latine dicitur. Hac sic vertes: & maximos faciens progressus.

Ὀὐχ' ὡς περὶ καλυμνῶν. Theodorus, legit, καλυμνῶν. Sic † Plinius, mammas erigentis, quae sunt caeteris inflexae. βλαστὸς enim sic vocat. At, ὡς περὶ, quid est? Vox ea metaphoris additur duriusculis. In καλυμνῶν, non est ulla translatio. Vox usitata, in re non difficili, sed propria. Sarmenorum, † ramorum, † βλαστῶν maxime peculiare est flecti, † non flecti. Itaque post, ὡς περὶ, addendum est aliquid, ederas alias quibuscum haec comparatur, significans.

Σπυρμούχοι, scriptum est. Corrigitur ἀσπύριον χεῖν. Semen fundere. ἄσπυρον etiam potes legere. ἀσπύριον est, ut, σπυρμούχοι, †, ἀσπύριον, † σπυρὰ πολύχου.

Ἄντι καὶ αὐτὸ κινήσιον δένδρον. Festiva loquutio: quia quercus, aut alia quavis, est ederae arbor: aut loco arboris: murus, at ipsa, cum crassefcit, sua sibi arbor est. Legit Theodorus, φιλῆ, καὶ ζῆ. In nostro est ζῆτι.

Ἐπιπλάσειν. Excitavit vox haec corrupta alios ad alias lectiones. Theodorus appellavit, amplexicaulem. Corrigitur, ἐπιπλάσειν, in alio agens stipitem. Tam bonam castigationem alia non bona supposita defraudarunt. ἐπιπλάσειν. Theodori interpretatio eo tendit potius, ἀμπελόκαυλον. Ancaulem, ut Ansanctum. In septimo exemplum habemus ad emendandum, ἀμπελόκαυλον. ut non solum in alio, sed etiam, circum aliud. Simili filo infra de Smilace, ἐπιπλάσειν, leges.

Ὀζυμπετος: ὄζυμπετος. Theodorus, praehorridus.

Τὸ μὲν ἐπίπαι ἄδρον. Igitur τὸ ἐπίπαι, non est semper, neque ad summum. Nam eo μείζονσι τρεῖς, ἐν μείζονσι ἕνα. Igitur malè Theodorus, in universum.

Παρρηγίσει. Sepiunt, Theodorus rectè acutius, stipant. Ἰρῆσιμα apud Homerum: Ἰρῆσιμα, apud Plutarchum. Καὶ κατ' ἄκρον ὁ μέγιστος βότρυς τοῦ καυλοῦ. repete verbum παρρηγίσει. Theodorus propendet. ἀκρόκαρπον. Natura cum rubo communis, † à vite separata. Non possumus Latine assequi, † Græcè mutilla oratio est: Quippe smilax est ἀκρόκαρπος: † καρπὸς, est ἀκρὸς. non autem ipsa, ἀκρόκαρπος. Illa vox dithyrambica. πλαγιοκαρπίαρον. Theodorus

dorus legit, πλάγιον πολύκαρπον. Veraque lectio potest admitti. Plinius legit, λείανόν. In ejusdem libro ita scriptum circumfertur, Complexa acinis majoribus nucleosternis. Vides numerum longè diversum, & loquutionem minus probandam, si à recentiore prodisset. Nam si nucleus idem est, quod acinus: quid complectitur seipsum? Racemis majoribus, scribendum fuit.

Tò δὲ δόνημον αὐτοῦ πρῶτον ἀποδείξω. Manifestum caput separandum. Tum autem inter ea transferendum

que narrant arbores certis locis peculiare. Et sanè δίδωρον est, ut eximatur ex hac historia τῶν γένων. Ὁδὸν δὲ αὐτοῦ φέρου. Theodorus, odore infectus, velut cruorem inferens. Nescio qui odor inferat cruorem. Et loquutio minus sana, cruorem inferre, nisi sit in lancet, & sacra. φέρου est ex genere aculeatarum. Vulgus herbariorum vocant sanguinem humanū. De eo suo loco. Incisa humorem sanguineum emittit, non sine odore satis efficaci. Si velis audere, veritas Latine, cædria, aut cruenia.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Talis fœtus. Mendose, pro τῶν ῥόδων. ἀχρῶδες & apud Athenæum ἀχρῶδι. Corrupte in utroque. Nec ἀχρῶδες congruit. Vera lectio ἰχρῶδες. Nam & Plinius libr. 24. cap. 24. Cynofbaton folium habet. vestigio hominis simile. Apud Athenæum est, ἰχρῶδες & ἀχρῶδες τῆς ῥόδου. Sed & codex mendis scateret, nec autor ille quæ citat isidem verbis referre consuevit. Dioscorides Cynofbato tribuit folia πολυπόδα μύρρινος, καρπὸν ἰσχυρὸν, πυρρὸν, ἰσχυρὸν ἰσχυρῶς ἐπὶ τῷ πεπρωμένῳ πυρρῶν, τὸ δὲ ἐν τῷ ἰσχυρῶ. Ob id quidam amicus legendum censebat, τὸ δὲ φύλλον μύρρινος καὶ τὸ καρπὸν τῷ ἐν τῷ ἰσχυρῶ. Quæ tamen correctio, licet res sit ista, non placet. & ἀχρῶδες non diceret Theophrastus, sed χρῶδες, ἢ ἰχρῶδες.

Καπέδηλα. repono, καπέδηλα. Βάπτει τὰ τε. potius τούτοις; nempe ramisculis cum foliis, quibus coriarii coria, ut hedorum caprarumque pelles, lavant, non tingendi, sed inspissandi gratia. Dixitque Dioscorides, τὸν βορβορέου ἀπὸ τῆς ῥόδου ἢ τῶν ἰσχυρῶν ἀφαιρῶν. Quare βάπτειν, hic mergere, lavareque significat, ut apud Aristophanem, non verò, inficere & tingere. Semen quidem tingit, sed ejus usus in opsonis condensandi causa. Nec nego foliorum decoctum pilos denigrare: sed de coriis agit. Cui tamen, propter, λείανόν, inficere exponendum esse videbitur. Fruatur ille per me suo sensu; à me stat ratio & auctoritas. Ὅπως. Legendum, ἰσχυρῶς, ut hunc locum emendavimus in Lexico. Ἐχὶ ποδάκις. Verbum decurzarunt. fuit enim ἀπίχθι, id est, ἀπὸ καρπῶν, abscedit.

Κορυμβίαν, à corymbis appellatio: nec tamen Plinius ita vertens lib. 16. cap. 34. mihi satisfacit: Alii densus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi.

Ἀχρῶδες ἀποδείξω. Hæc distinguenda sunt. Video tamen quid hic quispiam suo judicio subtilior philosophari possit: quod ἀχρῶδες sint ἀποδείξω. Sed hæc carbones & nugæ, & carbonaria subtilitas.

Ἐλάτῃ διακχυρῶν. Scribendum ἰσχυρῶν, διακχυρῶν. Plinius, Selenitium vocat, cujus est minor acinus, sparsior racemus, simili modo in nigra. Sic enim legi debet.

Φανερῶς. potius φανερός. Γωνιοειδῆ καὶ ἰσχυρῶδες legit Plinius, rectè exponens, angulosa, cocinnioraque. Apud Dioscoridem legendum, γωνιοειδῆ καὶ ἰσχυρῶδες, non ἰσχυρῶδες.

Διαιτιοῦται. Hic locus quasi studio vitiat, ita restituentus: Διατίθεται γὰρ πῶς ἀποδείξω τῆς φύσεως τῶν ἰσχυρῶν ἢ εἰς τὸ κίβητον πλεωμῆν. Sic habet Plinius: Distat & longitudine internodiorum (potius flagellorum, vel sarmenorum, id est, κλημάτων) præcipuè tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit. Quidam hoc ætatis esse, non generis existimant: primoque helicem esse, fieri hederam vetustate. Vide cætera.

Τελειωμένος, posteaquam adoleverit: absoluto jam ætatis cursu: quum senuerit. Nam adolescentiam senectus excipit. Et sic hoc loco intelligendum esse ostendit, τὸ πλεωμῆν, quod subjungit. Μακροφυλότις. Hic Plinius descendit à Theophrasto: dicit folia in ordinem digesta, quasi le-

gisset, μακροφυλότις. Ἀποκλιπόμενον. hæc Plinius male affixit candida.

Τοῖς βλάστῃς. Mammæ non rectè Plinius exposuit, quasi legisset μαστίς.

Ἄσπερ καὶ καυκασίνα. Reponendum, ἄσπερ ἄλλου (nempe herbaceæ species) κατακλιμένη. Et ante ὄδου, & post μύκον, totam clausulam include parenthesi. Τῆς δὲ κίβητος scribendum, & infra, καὶ ὁ κίβητος: & pro, ἰσχυρῶδες.

Παραφυλότις. Necessario legendum, ἀποφύεται. Φιάλι καὶ ζῆτι. restituo φιάλι ζῆτι. Talis parasitorum natura.

Τῶν βλαστῶν. deest particula ἐν.

Διαμῆλον καὶ ζῆτι. Scriptum fuit & numerosè & naturæ ordine, ζῆτι καὶ διαμῆλον. Sic & Plinius, Itaque etiam pluribus locis intercisa (hæc imitatio exemplar sanè superavit) vivit tamen duratque &c. Ὁ δὲ γὰρ, hæc usque ad, καὶ τὸν, includenda parenthesi pernecessaria. Quod & ostendit Plinius ita convertens, Est & in fructu differentia albæ nigraque edera: &c. Σμίλαξ. hæc est σμίλαξ παλαιὰ Dioscoridis, & edera è Cilicia Plinii libr. 16. cap. 35. Ὁ δὲ καρπὸς. corruptè pro, καλὸς καὶ ἰσχυρῶδες, ipsi tribuit etiam Dioscorides.

Μικρῶν ἀγώνων. In Lexico Crisp. in ἀποδείξω habes censuram. Legendum enim, μικρῶν ἀγώνων. Μικρῶν autem dicit, edera folio comparando, alioqui satis magnam. Νομῶς mendosè pro ἀγώνων. ut dixit de sorbi folio. Foliolum enim smilacis aspera, velut lunatum est circa pediculum, latiusque ἀπὸ τῆς ἀποφύσεως utrinque rotundatur. Unde lineæ instar quasi ab umbilico ἀπὸ τῶν ῥαχῶν nervi quatuor utrinque exeunt primum; circinati, deinde concurrentes in acutum angulum; ipsa verò ῥαχὶς lineam rectam efficit.

Ταῖς ἀποφύσεσιν διαμῆλον. lego τὰς ἀποφύσεσιν διαμῆλον. Significat spatia & intervalla geniculorum quæ foliorum distantiam constituunt; diceret in calamis μισοζωνία, id est, internodia.

Ἴσουλον. Hic idem quod ἰσουλόν, id est, clavícula sive capreo-lus, qui juli speciem representat, quum ita se convolvit.

Ἡερῶν. restituo λείανόν. Plinius, flore candido, olente lillium. Κατακλιμένη. Hæc conclude parenthesi, inchoata post ἀχρῶδες, & finita ante παραφυλότις. Ἐπίκεινται ad totam hanc enumerationem extenditur, ἴσα, δύο, καὶ.

Ἰδίαν δὲ. Totus hic locus corrigitur in Crispini Lexico in ἀποδείξω.

Ἀχρῶδες. & infra legendum, πλάγιον πολύκαρπον. Vide supra cap. 23. libri primi.

Εὐώνυμον. Habes hunc locum emendatum in Crispiniano Lexico, in vocibus Εὐώνυμον, & Ἀνοχῶν. Scio quosdam fufariam vulgarem παραφυλότις Theophrasti existimasse: εὐώνυμον verò, quam Allobroges vocant des Ourles, Herbarii Chamænerion, sive Rhododendron humile.

Ὀρδύνη. Plinius habet Ordynum. Quod autem & Ὀρδύνη ascriptum, videto num irrepserit è margine. ὄδου. hunc locum tractatum invenies in Lexico Crispini in verbo ὄδου.

Κατακλιμένη. rectè. Refertur enim ad ἀποφύεται. Potest etiam per syllepsin αἴγας continere.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Bat, ut docet Nicandri Scholiastes dicitur, quod Bindomita sit planta, accessumque propter spinas, quibus valde pungit, non admittit. Εἰρηται, inquit, βάτῳ διὰ τὸ ἀβατῶ εἶναι. A contrario igitur nomen impositum. βάτος à βατόω, vado, aditus accessus, βατῆ γῆ terra facilis accessus: hujus fructus βάπνον vocatur. Galenus lib. 2. de aliment. facult. τὸ τῶν βάτων καρπὸν ὀνομάζουσι οἱ παρ' ἡμῶν ἀθροῦσι βάπνον, κατὰ τὸ μέγεθος καὶ συγκρίσει τὸ τῶν μαρῶν καμυίνης. Ruborum fructus batinum vocatur, uti mora & sycamina, mori & sycamineæ. Corrigendus Hesych. codex. βάτιον. ὁ τῶν καλαμῶν καρπὸς, καλεῖται ἢ καὶ ἀθροῦσι ἢ μορῆα. Scribe βάπνον ὁ τῶν βάτων καρπὸς, καλεῖται ἢ καὶ ἀθροῦσι ἢ μορῆα. Postrema nomina non rubus, sed moro adscribit, ex auct. oritate Parthenii, Athenæus, παραφύεται ἢ ἀθροῦσι φησὶ συγκρίσει.

καλῶσι ἔνιοι μορῆα. Attamen rubi fructum mori vocasse Græcos, ex Cassiano Basso constat. Apud què lib. 5. c. 42. legitur, ἔνιοι ἢ τῶν μαρῶν, τούτοις τοῖς καρποῖς ἢ βάτων (malè in editis βάτων) πεπωγῆσι, &c. aliqui moris, hoc est fructibus rubi maturis. Alii μόρον dixerunt, alii μάρον βατῶδες, μόρον τὸ βάτον, μόρον βάπνον &c. quod imitantur officina, quibus, morum rubi, mora bati, & quæ magis adhuc barbarè mora Bassi dicitur. Belgis Broumen & Broumen vocatur. Rubus à Latinis vocatur, quod fructus initio ruber sit. Nuncupatur etiam sentis, & vepres. Auctuarii Auctor. ῥαμαῖοι εἰπέτε, οἱ δὲ τῶν ῥοῦβου, οἱ δὲ μόρον βατῶδες. Fortè, βάπνια, legendum. Romani sentes, rubum & mora batina vocant. Rubum sentem dictum fuisse, ex Columellæ libro undecimo probatur; ubi κινόβατον sentem

sentem canis vocari tradit. Vide cap. de cynosbato. Sentis, quod à tangentibus quamprimum fentiatur.

Virg. secundo Æneid.

*Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens.*

Columel. lib. 6. cap. 3. *Liberantur arva sentibus, qui
aestivo tempore, per canicula ortum recisi, plerumque inte-
reunt radicibus. Vepres, quod vehementer prehendat.
Aculeis enim tenaciter prætereuntium vestibus adhæret.*

Ovid. lib. 5. Metamorph.

*Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum.*

Rubi genera plura. Tria recenset Theophrastus βάρτος, χαμυλάτος, κυνίσκος, totidem Plinius, sed non eadem omnia. Rubi, inquit libr. 16. cap. 37. *mora ferunt, & aliò genere similitudinem rosea, qui vocatur cynosbato, tertium genus Idæum vocant à loco.* Recentiores plura observant genera: Rubus vulgaris, sive rubus fructu nigro. 2. rubus repens fructu cælio. χαμυλάτος. 3. rubus Idæus spinosus. 4. rubus Idæus lævis. 5. rubus Idæus fructu albo. 6. rubus exoticus. 7. chamærubus saxatilis, spinis carens. 8. chamærubus foliis ribes. 9. chamærubus foliis ribes Anglica. 10. chamærubus foliis vitis. De vulgari rubo hæc tradit Theophrastus lib. 1. cap. 5: *Fruticem esse scribit: cap. 8. spinosam ait: cap. 15. inter perpetuo virentes frutices numerat: 16. inter plantas, quibus folium spinosum, recenset: lib. 6. cap. 1. ramos esse aculeatos: lib. 1. de caus. cap. 21. racematim fructificare, fructumque particulatim maturefcere docet. Plinius rubum mora ferre ait, id est, fructum moro similem. Idem lib. 15. cap. 24. Differunt mora Ostientia, & Tusculana Romæ. Nascuntur & in rubis, multum differente callo. In antiquo codice legitur: Differunt mora Ostientia, Tusculana. Romæ nascuntur, & in rubis, multum differente callo. Non tantum Romæ, sed ubique terrarum mora in rubis nascuntur. Scribe ergo, mora nascuntur & in rubis, &c.*

Ovid. primo Metamorphos.

Cornaque & in duris hærentia mora rubetis.

Rubi fructum eleganter describit Phaniæ Eresius apud Athenæum lib. 2. Verba Phaniæ valde lacera & corrupta. Sic enim vulgo legitur. Το μέρος το βατώδες ἐνεαυθίσσης τῆς σφάλας ἢ συκκομιθίδος, ἀπὸ μέρους ἔχει τὴν συκκομιθίδος διαγνῶν, καὶ τὴν ὑφανέουσαν, καὶ διαφύσας ἔχει ψαθυρῶν, καὶ δὲ χύμους. Vertunt, Ruborum pilula cum aruit, angulosa seminis habet conceptacula, instar mori, alimentumque præbet boni succi, sed fluxum, & quod facile dissipetur. Scribe, μέρος το βατώδες πεπρωθίσσης τῆς σφάλας, ἀπὸ μέρους ἔχει γνάς & διαφύσας, ἀπὸ τῆς ὑφανέουσαν, ψαθυρῶν καὶ χύμους. Mori pilula ubi maturavit ad instar mori fructus acinosas eminentias & discriminationes quasdam veluti contextas habet glabras & succulentas. Non potest melius delineari rubi fructus, ex multis acinis ad instar mori constat, qui tubercula referunt parva, succulentus est & glaber, ψαθυρῶν expono glabros, Talis enim rubi fructus. ψαθυρῶν glaber. Hesychius ψαθυρῶν ἀδένος, μαδυρῶν, ψαθυρῶν. Infirmum, glabrum, arenulentum, μαδυρῶν Depilis, lævis, glaber. Hesychius μαδυρῶν ἀρσυρῶν (vulgò ἀρσυρῶν) ψιδίος. Vulgaris rubus tenuis, oblongos, lentos, ac obsequiosos caules edit, gracilitate & proceritate nimia in terram retractos, duris, minacibus, aduncis, pungentibus, asperis, ac nocentibus spinis communitos. Folia ex pluribus coherentibus componuntur, quæ aspera, nonnihil spinosa, dura, & per margines incisa sunt, superna parte magis virentia, inferiore magis candicantia, quæ hyeme rarò à virgibus suis excutuntur, quas non facillè deserunt, nisi alia in locum ipsorum renata fuerint: flosculi aliquot singuli, in brevibus pediculis in caulium fastigiis, spicatum ferè digesti, oriuntur albidii, ex quinque foliis commissi; fructus ex compluribus acinis moro similis, sed multò minor est; initio rubens, per maturitatem niger, gustu eum dulcedine quadam subacidus: radix nodosa & fibrosa etiam serpit, subinde nova germina proferens. Reperitur aliud genus, minus, quod χαμυλάτος Theophrasti putant, longè latefcue se diffundit, sparsis per terram tenuissimis, & aculeatis virgibus, in altum nunquam se attollit, retro in terram vergens, ne nobile ge-

nus pereat, se ipsam propagat, Miranda procul dubio & singulari id procurante naturæ providentia. Nam protinus, cum paulò accrevit, retrò vergens in terram defigit capita, radicatur, iterumque ex se nascitur. Flores gerit ex candido roseos, stellatos, fragariæ forma sua similes. Fructus figura moro similes, excussos floribus, subsequuntur; primo exortu virides, paulò post rubri, per maturitatem verò cæsi, non jucundi gustus. Utrumque genus Majori mense floret, fructus Augusto, Septembriq; mensibus. maturos reddit. Delineat Idæum rubum Dioscorid. cujus non meminisse Theophrastum ubi Idæum recenset plantas, valde miror. βάρτος, inquit Dioscorid. lib. 4. cap. 38. *Ἰδαία οὐλίγη ἢ, διὰ τὸ πολλὰ ἐν τῇ Ἰδῇ γενναῖα: ἴσθι δὲ ἀπαλωτὴρα πολλὰ, τῆς αὐτῆς ἀκρότης μικρῶς ἔχουσα. (δύεσσα) ἢ καὶ χύμους ἀκρότης.* Idæus rubus appellatus est, quoniam copiosus in Ida nascitur, est autem longè tenerior priore, exiguis spinis præditus, (quanquam & sine spinis inveniatur. Postremam periodum, quamvis non habeatur in vulgatis codicibus, ex cod. ald. nothis adjecit Saracenus. Plinius lib. 16. c. 37. Tertium genus Idæum Græci vocant, à loco; tenuius est quam cætera, minoribusque spinis, & minus aduncis. Idem lib. 24. cap. 14. Idæus rubus appellatus est, quoniam in Ida, non aliàs, nascitur. Est autem tenerior ac minor, rarioribus calamis, innocentioribusque, sub arborum umbra nascentis. Fallitur Plinius, dum non alibi, quam in Ida nasci tradit; passim occurrit. Rectè Dioscorides Idæum vocari, ait, quod in Ida copiosissimè nascatur. Malè etiam calamis, si non mendum, inquit esse rarioribus. Corrigunt ranis, ex Dioscoride. Certè ramos, non calamos fert. Observavit doctissimus Pintianus in Toletano exemplari scribi, foliis innocentioribus. Neutra ipsi arridet lectio. Verior inquit esset; rarioribus aculeis, innocentioribusque. Tradit enim Dioscorides, spinas habere breves, quandoque sine spinis reperiri. Hanc ego lectionem alteri, ac

Rubus Idæus.



vulgatæ præfero. Idæa rubus vulgarem non paucis refert; sed caules & folia dilutius virentia, & parte qua terram spectant albicantia sunt, adeò ut farina aspersa videantur, tactu mollia & tenera, non asper, aut alterius; caules etiam spinas habent teneriores, pauciores, & minores, ac inter omnia rubi genera innocentissimas; multò enim clementius pungunt: tenelli verò recentisque enati promitones, spinis quandoque etiam carent. Flosculos promit rotundos, ex albo pallidulos, qui in rotunda, concava, rubra, dulcia, & jucundum odorem, uti ferè viola Martia, spirantia, abeunt mora, rubris ac pilosis pileolis similia. Fructus hic diu consistere nequit. Intra paucos enim dies, vermiculi in eo nascuntur, & tum protinus perit. Et hæc causa, cur Botanici cum dulcedine insuave

insuave quiddam respere scribunt. Radix valde serpit, & multis locis erumpens, germina nova profert. Floret Maio & Junio mensibus. Fructus Augusto mense maturascit.

Κυνόβατον, ut monet Auctuarii Auctor, etiam rubus, vulgaris vocatur. Idem nomen, ut Plinius innuere videtur, capparim obtinuit. Alia est, inquit, lib. 24. cap. 14. à capparim, quam medici cynosbaton appellaverunt. Capparim, sic vocatam, testatur Auctuarii Auctor, οὐδὲ κύνοςβατον. οὐδὲ κύνοςβατον &c. Capparim Historiam tradit lib. 6. Theophrastus. De rubo jam egimus. Neutrum Theophrastus κύνοςβατον vocat. A rubo enim diversam facit plantam; nec capparim conveniunt quæ de cynosbato tradit. Κύνοςβατον non dicitur, ut quidam putant, quod flos ejus rabidi canis moribus medeatur, hoc de cynorrhoda tradit

Rubus βατώδης vulgaris
Morus bassus.



Plinius, quam diversam à Cynosbato scribit loco citato. Κύνοςβατον nomen accepit, à Locro quodam, cui data fors fuit, ibi civitatem conderet, ubi canis lignea morfum ei infixisset; quo nomine quum ad alterum enavigasset maris littus, calcavit hanc plantam; atque inde huic plantæ nomen κύνοςβατον inditum, quam Pythia ξυλίην κύνα vocabat. Historiam hanc refert Athenæus ad finem libri fecundi, ubi ait. Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, ἐξηγούμενος τὸ Σοφοκλέϊ τὸ κύναρος ἀκνήθη, μήποτε φησὶ τὸν κύνοςβατον λέγει, διὰ τὸ ἀκνήθηδες καὶ τὸ σπῆρον εἶναι τὸ φυτὸν. καὶ γὰρ ἡ Πυθία ξυλίην κύνα αὐτὸ εἶπεν. καὶ ὁ λογερὸς λησμενὸν λαβάν ἐκεῖ πόλιν οἰκίσει, ὅπου ἀντὶ ξυλίην κύνας ἀκνήθη, καὶ ταμυχθῆς τὴν κνήμην τὸ κύνοςβατον, ἔκπεσε τὴν πόλιν. ἴσθι οὐδὲ κύνοςβατον μετὰ ξυλίην καὶ δένδρου ὡς φησὶ θεόφραστου, &c. Didymus Grammaticus verba Sophoclis citata, nempe κύναρος spina, cum exponit, fortassis inquit, sic cynosbaton vocat, quoniam aspera & spinosa planta est. Pythia namque ligneam canem appellavit eam: cum enim oraculum jusisset Locrum ibi civitatem condere, ubi ligneus tomordisset canis, crure aculeis cynosbati compuncto, urbem edificavit. Est autem Cynosbatos, ut Theophrastus, inquit, medius inter arborem & fruticem, &c. Locum hunc non satis intellexisse videtur Hesy chius, κύναρος, inquit, φυτὸν π καὶ μήποτε ἡ κύνοςβατον διὰ τὸ τὸ σπῆρον καὶ ἀκνήθηδες, κύνα γὰρ ξυλίην τὴν κύνοςβατον ὁ θεόφραστου λέγει. Fallitur maximo-pere Grammaticus. Falsum est à Theophrasto κύνα ξυλίην, canem ligneam, vocatum κύνοςβατον. Contrarii testatur Didymus. Pythia in oraculo quodam sic vocat κύνοςβατον. Auctuarii auctor κύνοςβατον, chamæleontem nigrum vocari, tradit. Sed longè aliud κύνοςβατον, longè aliud etiam κύναρος. Didymi sententiam, qui κύναρον ἀκνήθη apud Sophoclem de cynosbato exponebat, unice confirmat Hecathæi Milefii locus, qui ab eodem Athenæo his verbis citatur. Εὐκταῖος οὐδὲ ὁ Μιλήσιος ἐν αἰτίαις ἀσθενῶν

οὐδὲ γνήσιον ἔσθλησθεφίως τὸ βελίον. (Καλλιμαχὸς γὰρ αὐτὸν ἀναγράφει γνήσιον) ὅστις οὐδὲ ποιήσας λέγει οὕτως, — ἐν δὲ πῶσι οὕτως δένδρον ἐν ἀγροῦ ἀκνήθη κυναρος, ἴσθι, μυθολογία. Hecathæus Milefius in Asia descriptione, si ejus revera liber est, (nam Callimachus eum tribuit Nesiota,) sed cujuscunque sit, ita scribit — In montibus sylvestres proveniunt arbores, spina, salix, tamariscus, cynara. Cynara de carduo quodam herba accipi non potest, sed de cynosbato, quem Theophrastus inter arborem & fruticem medium scribit. Cynosbaton ab Hesychio κύναρος vocatur. κύναρος, inquit, κύνοςβατον, ἢ φυτὸν ὁ αὐτὸς πᾶσι ἀγροῦ κύνοςβατον. κύναρος vocatur cynosbatus, aut alia planta, qua capras pasci ferunt. κύνοςβατον Gaza vertit, canirubum. At lib. 9. cap. 9. idem κύνοςβατον interpretatur caninam sentem. Columella lib. 11. cap. 3. sentem canis vocat, Maximeque rubi, & paliuri, & ejus, quam Græci vocant κύνοςβατον, nos sentem canis appellamus. Palladius lib. 1. titul. 35. Rubum caninum nuncupat. Sed melius erit tibi semina, & spinae quæ rubus caninus vocatur, natura colligere, & cum farina erui ex aqua macerata miscere, &c. Theophrasti de cynosbato verba exscripsit Athenæus lib. 2. ubi ait. ἴσθι οὐδὲ κύνοςβατον μετὰ ξυλίην καὶ δένδρου, ὡς φησὶ θεόφραστου. ἔτ' κύνοςβατον ἴσθι ἐξυπὸν, τὸ σπῆρον τὴν ροῖαν. ἴσθι οὐδὲ τὸ φυτὸν ἀκνήθηδες. Botanici in antiquo Athenæi codice legi, ἴσθι ἢ τὸ φυτὸν ἀκνήθηδες, observarunt. Alioquin omnia Theophrasti & Athenæi exemplaria, etiam manu exarata, in hac lectione consentiunt, κύνοςβατον τὸ σπῆρον τὴν ροῖαν. Plinius legit, τὴν ροῖαν vel τὸν ροῖαν & τὸ φυτὸν ἀκνήθηδες. Plin. lib. 16. cap. 37. Rubi mora ferunt, & alio genere similitudinem rose, qui vocatur cynosbatos. Idem lib. 24. cap. 13. & 14. Alterum genus rubi in quo rosa nascitur, gignit pilulam castaneæ similem, præcipuo remedio calculosis. Alia est cynorrhoda, quam proximo dicemus volumine. Cap. 14. Cynosbaton, alii cynosbaston, alii neurospaston vocant, folium habet vestigio hominis simile. Fert & uvam nigram, in cujus acino nervum habet, unde neurospastos dicitur. alia est à capparim, quam medici cynosbaton appellaverunt. Rosæ & punice comparat cynosbaton Varinus in suo lexico. κύνοςβατον φησὶ γὰρ ἴσθι, ὁμοίον ρόδῳ ἴσθι τὸν κύνοςβατον. ἴσθι ἢ μετὰ ξυλίην καὶ δένδρου, παρὰ μέσῳ τῶν ροιῶν, ἢ τῶν ροδιῶν. (forte ροδιῶν legendum) ἀκνήθηδες. Cynosbatos planta est, similem rosæ fructum generans, inter arborem & fruticem media, puniceis arbusculis aut rosis asimilis, aculeata. Dioscorides folium myrti latius scribit. Fructum olivæ nucleo similem, oblongum. Sic enim ait lib. 1. cap. 123. κύνοςβατον, οὐδὲ ἐξυπὸν καὶ κύνοςβατον. ἴσθι βάλαντον ποικίλων, διὰ τὴν φύσιν; φύλλα φέροι πολλὰ (vox hæc in antiquo non legitur codice) παρὰ τὴν ποικίλην, ἀκνήθηδες ἢ ἀπὸ τῶν ροδιῶν ἴσθι οὐδὲ λολίον, κύνοςβατον ἐπιμέλην πυρρὴν ἰλαίως τοῦ σπῆρον, ἐν τῷ πεπρωμένῳ πυρρὸν. πᾶσι οὕτως ἴσθι οὐδὲ. Sentem canis, alii oxyacantham appellant, frutex est rubo longè major, ad arboris magnitudinem accedens, folia fert multò latiora, quam myrtus, robustos verò circa virgulta aculeos, storem candidum, fructum oblongum, olivæ nucleo similem: qui quidem dum maturefuit rufus, intus verò lanuginosus conspicitur. Videmus Theophrastum, Athenæum, Plinium & Dioscoridem in delineatione cynosbati variare. Athenæus Theophrasti auctoritatem in medium adfert, & tamen non eadem Theophrasti & Athenæi oratio. Codex ergo vel Athenæi, vel Theophrasti corruptus. Botanici principes corruptum Theophrasti codicem scribunt, & corrigunt ex antiquo Athenæi codice ἀκνήθηδες splendidum, asseruntque rosam, quam egeleteria sive caninam rosam odoratam vocamus, cum delineatione utraq; Theophrasti & Dioscoridis convenire. Nam frutex est, inquit, rubo major, caudices sive virgas habens crassas, lignosus, uti malus punicea, vel alia lignosa vel arborefcens quedam stirps, aculeis, spinisque duris munita: folium ejus non quidem integrum, sed unum aliquod singulare, totius folii pars, nyrti folii latius est, superioreque parte levè ac splendentis: fructus nucleo olivæ similis, qui maturus colore est rubente, lanosos floccos, & semen intus habens &c. Huic sententiæ alii apertè refragantur. Nam si cynosbatos esset aliquod sylvestrium rosarum genus, inquit, sat erat Diosc. dixisse, canis rubum rosæ similem esse, non autem arboris instar assurgere, rubo longè majorem. Præterea rosæ sylvestris folia à myrto plurimum dissident; ejus etiam fructus, non modò olivarum nucleis, sed ipsiis Olivæ crassior est. Ad hæc, rosam sylvestrem Plinius, non cynosbaton, sed cynorrhodon appellat. Accedit, quod rosæ sylvestris flores, non leviter ex albo purpurefcant, cynosbatos verò flos perpetuò sit candidus. Denique memoriæ prodidit Theophrast. lib. 3. cap. 9. Canine sentis fructum averso statu colligendum esse, alioquin periculum oculis imminere: quod apertè demonstrat, super eo vel tenuem quandam lanuginem, vel quid pulverulenti insidere, quod si à vento expellatur

pellatur in colligentium oculos, facile iis cecitatem inducat, quod tamen in sylvestrium rosarum floribus nunquam visitur. Hallucinantur omnino, qui spinam *Haghebooren*, de qua supra egi, cynosbaton existimant. Huic folium myrto, viticique planè dissimile, etiam si Plinium sequamur, vestigium humanum non refert. Baccas etiam fert rotundas, fructum rosæ, puricæque minimè referens; nec intus floccos habet, ut scribit Dioscorides. Alii nec ἀγλαῖδες nec ἀγλαῖδες, sed ἀγλαῖδες legunt. Hi suam stabi- liunt sententiam Varini auctoritate. πικρῶμοιοι τοῖς ροδαῖς, ἢ τοῖς ροδαῖς, ἀγλαῖδες. Vox ἀγλαῖδες, non ad folia refert Varinus, sed ad stipitem virgæque. Ad caudicem refe- rendam, ex Dioscoride probatur, Cynosbaton enim ἀ- κρότης ἔχειν scribit, ἀπὸ τοῦ ρόδοιο ἔχειν. Folium idè myr- to simile dicit, myrti verò folium neutiquam spinosum. Aliorum opinio est, Theophrastum scripsisse ἰχθυῖδες; qui etiam legunt, ἢ καρπὸν ἐστὶν ἐρυθρὸν ἔχειν ἀγλαῖδες ἢ ἰχθυῖδες. Horum correctioni favet Plinius, qui cynorrhodi, cynos- bati, & chamæbati, sive humilis rubi confundit historiam; nisi corruptus fortè codex, ut mox dicam. Sed quomodo vestigio humano comparatur folium? Hominis vestigium si consideres, principio nonnihil latum, medio latius, in augustum, & acutum summo cacumine definit, quale in calceatis arenæ, lutoque imprimitur; tali præsertim cal- ceo, qualem veteribus in usu fuisse, ex antiquis statuis apparet. Ea figura imaginem foliorum cynosbati repræ- sentat, si vera lectio, quam Plinius tradit. Idem refert, pillulam gignere castaneæ similè, & uvam ferre nigram, in cuius acino nervus est; unde cynosbato nomen neuro- spasti impositum ait. Apertè Theophr. rubrum fructum dicit, ruffum; Dioscoridi ruffus ruberq; color non multum differunt. In veteri codice scriptum referunt, *Cynosbaton vocant, alii cynospaston; folium habet vestigio hominis simile, gignit pilulam castaneæ similem, præcipuo remedio calculosis: alia est cynorrhodos quam proximo dicemus volumine. Fert & chamæbatos uvam nigram.* Lectio hæc paulò cor- rectior, ac melior, quam in editis est. Corrigunt: *Alte- rum genus rubi in quo rosa nascitur, cynosbaton vocant, so- lium habet vestigio hominis simile, gignit pilulam castaneæ (eius echino) si milem, præcipuo remedio calculosis. Alia est cynorrhodos, quam proximo dicemus volumine, fert & cha- mæbatos uvam nigram.* Castaneæ similem pilulam cynos- bato ferre, nemo tradidit. Plin. c. 2. lib. proximi, cynor- rhodū hujusmodi pilulam ferre ait, vocatq; non pilulam, sed spongiolam. *Alia*, inquit, apud auctores cynorrhodi uvam medicina erat, spongiola, que in mediis spinis ejus na- scitur. Quod in cynosbato pilulam vocat castaneæ simi- lem, hoc in cynorrhodo uvam & spongiolam. Sed fortè scripsit Plinius; *Alterum genus rubi est, in quo rosa nasci- tur; cynosbaton vocant, alii cynospastum, folium habet ve- stigio hominis simile, alia est cynorrhodos, quam proximo dicemus volumine. Gignit pilulam castaneæ similem, præ- cipuo remedio calculosis. Fert & chamæbatos, quam neuro- spaston vocant, uvam nigram, in cuius acino nervum habet, unde neurospastus dicitur.* Hoc modo nisi legamus, con- fundit Plinius cynosbati, vel, ut in antiquo legitur, *cyno- bati* historiam, cum cynorrhodo & chamæbato, quan- quam negare nolum, & cynorrhodo, & cynosbato hu- jusmodi pilulam esse posse; maximè si rosa eglenteria, vel eglenteria sit cynosbato. Nam hæc aliquando talem fert pilulam. Cæterum si apud Theophrastum, ut jam dictum est, legamus ἰχθυῖδες, & ἀγλαῖδες ἢ ἰχθυῖδες, non novi plantam, quæ propius ad historiam cynosbati acce- dat, quam rosa eglenteria. Huic folium initio latum, mox latius, dein in acumen definens, ita ut vestigium humanum optimè referat. Hanc rosæ similem fructum ferre nemo facile inficias ibit, & inter fruticem & arbo- rem plantam esse mediam, negari non potest. Folium huic myrto latius, ejusque modo splendens; alioquin par- vam cum ea habens similitudinem, nec flos albus dici po- test, quanquam ad albedinem vergat. Hæc duo maxi- mè impediunt, quo minus eglenteria rosa sit cynosbato: Nam quod de pulvere adferunt, nullius momenti est. Cæterum Theophr. ἰχθυῖδες & ἀγλαῖδες ἢ ἰχθυῖδες scri- psisse, valde fit probabile, nec id cum Dioscoridis descri- ptione pugnat. Nihil enim impedit, folium humano ve- stigio simile esse, & myrto latius. Utrumque facile fieri potest: quin etiam myrti foliū, si paulò latius foret, cum vestigio humano comparari posset. Rosarum oblongus fructus, cur olivæ nucleo comparari non possit, causam video nullam. Nusquam tradidit Dioscorides, olivæ nu- cleo esse crassiozem, ut quidam volunt Botanici, & hæc de cynosbato.

Ῥοῦς aliis Ῥοῦς dicitur, Nomen accepit à colore cocci- neo acinorum. A voce Ῥοῦ Latinorum ruffum manasse

contendunt. Eandem hæc plantam ἐρυθρὸν à colore vo- carunt. Dioscorid. lib. I. cap. 147. Ῥοῦς ὁ ἐπὶ τῷ ὄψα, ὃν ἱνοὶ ἐρυθρὸν καλοῦσι. *Rhus qui obsonis in spargitur, quemque nonnulli erythron, id est rubrum, appellant.* Gaza fluidam vertit, quasi nomen à Ῥίω illi impositum foret. Contraria vi pollet, nec à Ῥίω sicut, sed à colore nomen habet; qua etiam de causa ἐρυθρὸς dicitur. Plinius huic Latinum no- men nullum esse scribit lib. 24. cap. 11. Nec *rhus* Latinum nomen habet, cum in ulum pluribus modis veniat. Officinis *Sumach* dicitur, quod vel à Græcis habent re- centioribus vel Arabibus; Græci saltem nomē hoc ab A- rabibus mutarunt. Utuntur, ut dixi, hac voce recentio- res Græci. Myreps. sect. prima de antidoti compos. 96. στυμάκιν, βίβραρον, &c. Belgis *Smack* dicitur; quod ab Arabico *Sumach* contractum esse, nemo non videt.

Τὰ Ῥοῦ ἀγλαῖς, &c. Eandem habes apud Plinium differen- tiam, sed locus corruptus lib. 13. cap. 6. *Etiā thūs Syria mascula fert, sterili saminā, folio ulni paulò longiore, &c.* De Thure nemo talem tradidit differentiam. Scribe ex antiquo codice; *Etiā rhus Syria mascula fert, sterili fe- minā folio &c.* Alibi tria rhois genera facere videtur, lib. 24. cap. 11. Nam, inquit, & herba sylvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, que venena & tineas pellit; est & frutex coriarius appellatus, (in antiquo, & frutex ex- coriarius appellatus) subrutulus, cubitalis, crassitudine di- gitali, cujus aridis foliis ut malicorio, coria perficiuntur. — *Rhus que erythros appellatur, frutex est, ut hujus fru- ticis semen, vim habet ad ringendi refrigerandique.* Anti- qua est & valde agitata quæstio, utrum rhus coriaria à culinaria planta diversa sit: an verò una eademque, sed aliæ partes culinariæ, alias coriariis cesserint. Utraq; opi- nio tuos habet fautores, viros etiam doctissimos, ac vali- diffimis etiam confirmatur argumentis. Qui diversas plantas statuunt, his ferè utuntur rationibus, quod Gale- nus in una eademque compositione utramq; præscribat, ut lib. 6. κ. τόπος, cap. secundo, titulo quæ ad Columel- lam sive Gorgulionem. γαλακτῆρα δὲ, inquit, καὶ κηκιδων, καὶ Ῥοῦ ἐπὶ τῷ ὄψα, καὶ βουροδενδρῆκῆς. Generosissimam est deco- ctum gallarum, & rhois culinaria, & coriariæ. Magni etiam ponderis argumentum est, quod perunt ex eodem libro cap. 1. titulo de confectioe pharmaci ex malis pu- nicis, & malis aliisque stomachicis, μαλίσι τε ἢ ἐπιπυλῆσι ἢ Ῥοῦς, εἴτε ἀρσενικῶς ἢ ἑλέλαις ἀνομάζειν αὐτῶν, εἴτε θηλυκῶς. Ἔστι δὲ δι- τὸς, ὁ ἑστὶν ἐπιπυλῆσι τοῖς ἐλέλαις, ἀρσενικῶς, ὁ δὲ ἐπιπυ- λῆσι τοῖς βουροδενδρῆκῆς Ῥοῦσι. ἰχθυῖδες δὲ ἐπιπυλῆσι ἐπὶ τῷ γλυκεῖ, τε- μαχίμοι ἐπαλάττει φαρμάκοι, &c. Maxime verò aptus est rhus, sive masculino, sive feminino genere ipsum velis no- minare. Est autem duplex, alter obsonis in spargitur, sto- macho commodus; alter à preparatoribus coriorum expeti- tur; uterque verò misto incoctus stomachicum efficit medi- camentum. Respondent; non esse frutices diverfos, sed e- jusdem fruticis partes diversas, diversis dicatas usibus. Nam fructum rubentem coqui olim pro sale obsonis aspergebant; & is quidem Ῥοῦ μαχίμοις nomen invenit; foliis verò, ac reliquis arbusculæ partibus, coriarii ad con- cinnanda perficiendaque coria utebantur: unde & fru- tix ipse Ῥοῦς βουροδενδρῆκῆ Græcis dictus est. Huic sententiæ favet Ægineta, faver & Dioscorides. Ægineta, qui Gale- ni scripta in compendium reduxit, lib. 7. Ῥοῦς ἢ βουροδεν- δρῆκῆς κηλουδρῶν τοῖς λατοῖς ὁ καρπὸς μάλιστε καὶ ὁ χρυλὸς εἰς χροῖαν ἤκουσι. ἰκαῖως ὄντος στυμάκῶς καὶ ἐπεωνυμῶς ἐπὶ τῆς πύλης, Ῥοῦσι δὲ τῆς διουτέρου. *Rhus coriaria à medicis dicta frutibus præcipuè & succus magno in usu sunt, cum illa adstringendâ siccandâque vim ex tertio ordine habeat, detergendâ è secun- do.* Dioscorides lib. I. cap. 147. Ῥοῦς ὁ ἐπὶ τῷ ὄψα, ὃν ἱνοὶ ἐρυθρὸν καλοῦσι, καρπὸς ἐστὶ καλουμένης βουροδενδρῆκῆς Ῥοῦς, ἢ πε- ἀνομάθει ἐπὶ τῶς βουροδενδρῆκῆς αὐτῆς Ῥοῦς, εἰς τῶν ὄψων τῆς διου- μάτων. *Rhus qui obsonis aspergitur, quemque nonnulli ery- thron, hoc est, rubrum, appellant, fructus est rhois coriariæ, sic vocatæ, quod ea coriarii, ad conficienda coria, utantur.* Constat ergo rhoem coriariam, & culinariam eandem esse plantam, sed partes diversas; ac quidem culinariam fructum, coriariam folia, ramos, & corticem denotare. Etrant, qui tria genera rhois scribunt, coriariam, culina- riam, Syriacam. Certè coriariam à Syriaca diversam facit Galenus lib. 6. κ. τόπος cap. 2. titulo quæ Archige- nes ad crusta scripsit. ἢ Ῥοῦς βουροδενδρῆκῆς ἰκαῖως βουροδενδρῆκῆς εἰς τὸ ὄψα, μίχρη γλυκεῖς γίνηται ἰχθυῖδες μίχρη μίχρη, καὶ Ῥοῦς καὶ ὁ συ- ελακος ποῖος καὶ μίχρη. *Aut rhois coriarii, quantum satis sit irrigati, aquam donec strigmentosa evadat, ubi coxeris, mel- li misceto, & utitor.* Facit & Syriaca rhus cum melle. Eo- dem capite & libro, titulo, quæ Archigenes scripsit ad Gurguliones. καὶ Ῥοῦς στυμάκῆς καὶ βουροδενδρῆκῆς ἀποβήματα ἰχθυῖδες μίχρη στυμῆ μίχρη ἀποβήματα, Ῥοῦς. *Rhois item Syriacæ & coriariæ cremore coctæ ad spissitudinem, cum melle misto*

utere.

utere. Idem lib. 9. cap. 5. ἰνία ῥόδου συριακοῦ & βυρσοδενδροῦ, λυκίου ἰνδίου. opii, rhois Syriacæ, coriariæ, Lycii, Indici. Satis abundè probatum, rhoem Syriacam diversam à coriaria, sed Syriaca & culinaria una eademque est, Gal. lib. 9. cap. 5. καὶ ῥόδου. ad finem capitis, ὁμοφαιίου, ῥόδου ἰνίαι τὴν ὄψιν συριακοῦ ἀναλοῦ ὀμφακίου rhois Syriaci culinarii singulorum quadrantem. Unum itaque genus rhois Græcis cognitu n. Plinius, ut supra dixi, tria genera describit, ineptèque rhoem erythron differre putat, ac distinguit à rhoe coriariorum. Exscribens lapsus est, non auctoris. Restitue. rhus quæ erythros appellatur, fructus est hujus fruticis: semen vinum habet adstringendū, refrigerandūque, aspergitur pro sale obsoniis, ad alvos solutas. Hoc si legamus modo, liberabitur Plinius à reprehensione. Emendabimus hac occasione Columellæ codicem. lib. 9. cap. 13. ubi legitur. Nos magis ne intereant (apes quæ tithymallo usæ sunt) quæ deinceps dicturi sumus, agris examinibus exhibenda censemus; nam vel grana mali punice tunse, & vini amineo conspersa, vel uvæ passæ, cum rore Syriaco, pari mensura pinsitæ, & austero vino insuccatæ dari debent, &c. Idem lib. 12. cap. 41. prius tamen quam de igne medicamentum tollatur, tres hemine roris Syriaci, conteriti, & cribrati, super omnia adjiciuntur, & spatha permiscuntur, ut coeant cum cæteris, &c. Priori loco in antiquissimo regio codice anno, 1482 impresso, legitur, uvæ passæ, cum rore sutorio, pari mensura. Quæro quid sit ros Syriacus, vel ros sutorius, ut in antiquo legitur? Absurdus esset, qui vellet mannam intelligere. Contraria vi pollet manna, alvum solvit, laxatque, neutiquam adstringit. Nec facillè conteri, aut cribrari potest: solvitur enim, ac in liquidum mutatur. Scribe; uvæ passæ, cum rhoe Syriaco, pari mensura. Item tres hemine rhois Syriaci, conteriti, & cribrati. Rhoem adstringendi vi præditum, nemo negabit; eundem posse cribrari ac conteri, notum. Non fit probabile, Columellam scripsisse cum rhoe sutorio; nova appellatione efficta, à sutorum sive coriariorum usu. Syriaci appellatio Latinis ac Græcis æquè familiaris ac accepta. Libet porro mihi credere, eundem rhoem sive rhoes, à diversis locis, in quibus provenit, varia nomina sortitum esse: à Syria Syriacus, à Ponto Ponticus, ab orientalibus regionibus, orientalis dicitur. Apud Gal. lib. 7. καὶ ῥόδου c. 2. Damocrates Eupatoriæ & Pōticæ rhois mentionē facit.

Ἀμοροραγιῶν τε τῶν ἀνὸς διαφραγματῶν
Ποικίλιν, πᾶσαι μελῆς, ἢ τὸ κριβήτιον παντικῆς,
Ῥόδς κατὰ μίξιν χυλὸν ὡς δρᾶχμας δύο.
Eruptioque sanguinis septum supra.
Facere, Patarices, aut tu potius hinc Pontice
Adde rhois succi simul drachmas duas.

Corrigit doctiff. Cornar. secundum versum in hunc ferè sensum, πᾶν δὲ πᾶσι μελῆς. Nescio cur Eupatoriæ corrigat; cum Patara sit Lyciæ urbs ubi responsa dabat Apollo. Eupatria Lydiæ urbs. Cur Ἀμοροραγιῶν vocasset Damocrates rhoem, imaginari nequeo. Verisimilius πικρῶν κῆν à Patara urbe vocasse, quam ὀπιθρακίῶν ab Eupatria. Marcellus Empiricus cap. 27. de Dysenteria, orientalis meminit rhois. Rhus marinum sive rhus orientale, quod est minutum robium, simile lenticulæ, quantum tribus digitis, mittes in mortarium, & teres cum vino. Ex hoc Marcelli loco alius Columellæ corrigendus, ubi remedia adstringentia prescribit apibus, quæ tithymalli usu laborant. lib. 9. cap. 13. nonnulli rorem marinum aqua mulsâ decoctum, cum gelaverit, imbricibus infusum præbent libandum. Vix hæc de rosmariño dici possunt. Nam hæc non habet adstringendi illam virtutem. Præterea, non potest calorem à tithymallo contractum extinguere, aut mitigare. Scribo, nonnulli rhoem marinum aqua mulsâ decoctum.

Eleganter satis rhoem describit Theophrastus. Scribe, μικρὸν ὀπιθρακίῶν καὶ ἐπίδαυ, quomodo etiam legit doctiff. Gaza. Non sunt minora folia rhoes ulmeis, sed paulùm oblongiora. ἐπίδαυ, aliquantulum pilosum verto. quod non sit adeò densum folium rhois, sed pilosum aliquantum. Hanc etenim significationem, aliquando habet. Vt apud Arist. ἐστὶ δὲ τῶν ἄλλων ζώων τῶν ἰχθύων τελέχας καὶ περὶ τὸ δασύ περὶ καὶ τὸ ὑπὸ πᾶσι λαίω. Favet huic expositioni & correctioni Plin. lib. 13. cap. 6. Etiam rhus Syriæ mascula fert, sterili femina, folio, ulmi paulò longiore, & piloso, foliorum inter se semper contrariis pediculis, gracili brevique ramo. Describitur etiam à Diosc. lib. 1. cap. 147. ἐστὶ δὲ διδραχμῶν φύσιν ὡς ἐπίδαυ, ὡς δὲ πικρῶν. ἢ φῶλλα καὶ μακρὰ, καὶ ἰσχυρὰ. τὴν ἀσπιδίαν ἐπισημαίνουσα ἀσπιδίαν. καρπὸς δὲ βορευδοῖς ἰσχυρὸς, πικρὸς, καὶ τὸ μέγιστος περιβόου, ὑπὸ πᾶσι, ὅτ' ἐπισημαίνουσα φιλιάδης ἐστὶν ὀπιθρακίῶν. Est verò arbutus in pennis nascentis, binum verò cubitorum altitudine, in qua folia sunt oblonga, subrubentia, & in ambitu serrata. Fructus

Sumach.



autè racemulis similis, densus terebinthi magnitudine, quadrans latus, cujus corticosa tunica acinos ambiens, perquam utilis est. ὄψιν δὲ καὶ ἡμῶν ἐπισημαίνουσα τὴν βορευδοῖς ἰσχυρὸν καὶ πικρὸν. Gummi quoque præfert hæc arbutuscula, quod erosorum dentium cavis inditur, ad dolores finiendos.

In vulgatis codicibus πελοποννησιακῆς, id est, ilicis modo, legitur. Hoc verbum, cur quidam interpretes, non vertant, admirantur Botanici. Non videtur iis omittendum, quod non modo apud Orisabium reperitur, sed quod rhus pulchre ilicem foliis amuletur. Illicem intelligunt Italicam, non spinosam. Malo legere, πελοποννησιακῆς, serræ modo incisæ. Talibus incisuris rhois folia prædita. Hanc lectionem Orisabii interpretes secutus est; folia subrubentia, in ambitu ad serræ modum divisa. Lector quam velit eligat lectionem, Rhus solo sterili ad duos aut tres cubitos tantum assurgit; solo verò secundo aceto, maximè, si cultura accedat, humanam altitudinem multum superat; in ramulos aut potius virgulas multas diffunditur. Folia 9. aut 11. ab uno pediculo sive costa ἰσχυρῶν conjugatim hærent, sibi que invicem ex adverso posita sunt, excepto extremo unico. Costa hæc media rubet, singula verò foliola albicant, lata, oblongiora quam ulmi, ambitu serrata, ac aliquantum pilosa. Flores candidi racematim procedunt. Flore delapso succedit fructus, latus, & lentibus similis, ad terebinthi magnitudinem accedens, copiosus, confarctus, corymbaceis racemis coherens, ac cum labrusca rubescens, ad condimenta utilis, quem usum hodie etiamnum per Hispaniam obtinet. Radix haud altè descendens, per summa cespitum hæret. Floret mense Julio, semen Autumnum cum uva maturefcit. Apud Hispanos nonnullis in montibus, ac sylvis frequens: Provenit, & pluribus in Apennino Italiæ monte locis, tum & juxta Pontum, & in Syria, ut scribit Galenus. Notandi qui viburnum vulgò vocatum, pro rhoe ostendunt, ac Sumach esse contendunt. Rhois folia ulmeis oblongiora, huic rotundiora, fructus quoque post maturitatem niger est, immaturus ruber.

Βάπτισι &c. Plinius. pelles candidæ conficiuntur iis. Ad verbum hæc, vir magnus ait, expressa esse ex Theoph. Quod huic βάπτισι, hoc Plinio conficere. Hinc confectores pro tinctoribus, & insectoribus, apud Vopiscū in Aureliano: missis diligentissimis confectoribus. & apud veterē Juvenalis Interpretem, toga palmata Tyria purpura confecta, id est serrana. Quod à coriis traductū, quæ conficiuntur, id est, tinguntur simul & subiguntur. Hinc ἰσχυρῶν διαφραγματῶν, qua colorantur & domantur pelles. Diosc. de rhoe. ῥόδος βυρσοδενδροῦ ἀνομάσθη, ἐν τῷ τῶν βυρσοδενδρῶν ἀπὸ τῆς ῥόδου, ἐστὶν ἰσχυρῶν διαφραγματῶν. Malè vertunt, spissandis coriis: venditū erat, conficiendis. Glossæ insecti, ἀνοσόμενοι. & σῆμα idem quod βάπτισι. Diosc. de cocco baphico, τῶν σῆμασι ἀναλίευσται; ad tincturam pannorum colligunt. Harpocraton, χύμης σῆμα π. βάπτισι. Verbum βάπτισι Græcis proprie adstringere significat. inde τὸ συνπιεθῆναι. Hefych. βάπτισι. ὑγλάσσι. Sed pro tinctura sumitur, quod pleraque eorū quibus conficiuntur

ficiuntur pelles, aut lanæ inficiuntur, τῇ δυνάμει συνήθη sunt, vel quod premendo, ac subigendo color adfricetur, ac veluti alligetur pellibus. Illud verius; ὁ συνήθη ferè omnia sunt, quæ conficiendis præcipuè coriis inserviunt. ut folia πῆς ῥοῦ, alumen, malicorium, galla, & similia. Sententia ac oratio viro maximo digna. Alia tamen Roberti Constantini opinio. βάρπιν interpretatur *mergere lavareque*, ut apud Aristophan. Suidas, βάρπινος, πλύνου-σιν. Αριστοφάνης. πρῶτον μίττειλα βάρπινος θεμεῖον τῶν ἄρχαίων νόμων. ἀντι τοῦ οὐδὲν καινοτομοῦσιν. Prima mistaria, calida lavant veteri modo, id est, nihil innovant. Aratus.

Τὰ μὲν εἰς κεφαλῶν μάλαι πάντα βάρπινων ὠκεανῶιο.

Pro quo Cicero.

Hic caput & superas partes est demerere partes.

Utraque sententia vera. Nam & condensantur coria, & tinguntur rhoe. Postquam corium depilarunt, pulverem rhois cum paucis alumine coriis, spissandi gratia, inspergunt coriarii. Eodem etiam rhoe tinctoris utuntur, inficiuntque lanas, coriaque saturato rubro colore. Verum pulvere non utuntur, sed ramos foliaque, (ideo lego ῥοῦς non πύμα) calce aut lixivio macerant, aliisque modis præparant. Qui igitur apud Dioscoridem εἰς πύμα τῶν δερμάτων spissandis coriis, vertit, non peccat. Nec culpandus, qui conficiendis, id est, tingendis coriis, interpretatur. Utrumque rhus præstat. In Hispania magnum rhois proventum Carolus Clusius tradit, maximè Salmanticensi agro; itaque quæstus gratia diligenter colli observavit idem. Multi enim agri eo conferuntur, nec minore cura coluntur, quam vineta, alioquin nec tam lætè affurgit, aut si cultura absit, degenerat & sylvescit. Immo non desunt, qui vitibus interserant, culturae compendium quærentes, ut eadem opera cum vitibus fodiantur. Cæduntur singulis annis enati furculi cubitales, ad radicem usque; aut summam telluræ, deinde reficcantur, in pollinem rediguntur, & in usum convertuntur, ad paranda coria.

Τῶν ῥήματι τῶν ὀσχεύων, ὀσχεύων ἔχων. in Aldino & Basiliensi scriptum est. τῶν ῥήματι εἰς τὸ ὀσχεύων, ὀσχεύων ἔχων. Scribe τῶν ῥήματι εἰς τὸ ὀσχεύων, ὀσχεύων ἔχων. Suidas λαμπηδῶνας scintillas exponit. ὀσχεύων εἰς λαμπηδῶνας. Nicander sepiarum, lolligenumque cirros ὀσχεύων vocat. in Alexiph.

Ὅς δὲ τοὶ ῥυπαροὶ μὲν ἴσῳ ὀσλίγγωσιν ἀργαῖς
τῶν δὲ εἰς ἑμφάρεται

Ille quidem sordes tenues lolligenes inter Desertur pendetque comas.

Scholias. ὀσλίγγωσιν ἢ λέγει τοὺς βοσφύχους. ὅ ἐστι τὰς κόμας τῶν πυθιδῶν καὶ σπηλιῶν. Ostlingis vocat cirros sive comas lolligenum & sepiarum. Theoph. ὀσλίγγωσιν, quod Dioscoridi cæterisque Botanici δὲ Diosc. lib. 4. cap. 124. τὸ κατ' ἀκρὸν τὸ πύμαλοι (adde, vel subintellige, ἀνθους) ἰλικα φέρον. Quod in summo folio floris clavicularum, cirrum, gerat. Hujusmodi ὀσλίγγωσιν in vitis, ricini, Ipopryi, reperitur.

Καὶ γίνονται οἷον φακὴ λεπτὴν συγκείμενοι. Scribe οἷον φακὴ λεπτοί. Plinius loco citato. Semen lenti simile cum uva rubescit, quod vocatur rhus, medicamentis necessarium. Describit etiam fructum Diosc. loco citato. καρπὸς ἢ βοσφύχους ἰοικαί, πυκνὸς καὶ τὸ μέγιστος περιβλήθου, ὑπὸ πλάτους, ἢ τὸ ἀπὸ κλίμα-τος φλοιῶδες ἔστιν ὄσχεύων. Fructus autem racemulis similis, densus, terebinthi magnitudine, quadrantem latus; cujus corticosa tunica acinos ambiens, perquam utilis est. Eadem Theophrasti mens. Non enim osseum illud contentum medicamentum est, uti Gaza exponit, sed quod osseum illud ambit. Ideo addit, percolato rhoe facile abscedere. Ideoque non lego ἔχει, sed cum Doctiff. Constantino ἀπὸ ροῦς. Scribo præterea. ἔχει δὲ τὸ φαρμακῶδες τοῦ ροῦς, ὃ καλεῖται ῥοῦς, εἰς αὐτὸν ἴσῳδὲς π. δ. ε. τ. ῥοῦ δὲ διηρηδῶν ἀπὸ τῆς πολλῆς. Habet & medicamentum rhus dictum in eo osseum quid, quod rhoe percolato abscedit. Quod de natali solo sequitur, verum est. Solum amat pingue & lætum, ut supra dixi.

Πολυειδὴς δὲ ὁ κίστος, &c. Unde κίστος dicatur, non convenit inter doctos, nec constat, utrum κίττον, an κίστον scribendum sit. Postremum maximas peperit difficultates. Confundunt cisti, vel, ut alii malunt, cisthi, hederæque historiam quidam ex Græcis ipsis. Utramque perturbat Plinius, malè vertunt interpretes. Theophrastus hederam κίστος ubique vocat, ut lib. 1. c. 15. & 16. lib. 1. de caus. cap. 4. libr. 2. cap. 4. & 9. & 25. aliisque locis plurimisque; cistum verò κίστος appellat. Contra κίστος hederam apud Diosc. significat. An Theoph. lib. 6. cap. 2. ubi de cisto agit corruptus? Apud Hefych. legitur κίστος γάρμος εἰς ἄρρον εἰς ἡλιῶ ἴσιν. Cistus frutex cui mas & samina. κίστος εἰς φου-

τῶν, ἢ βλάσημα ἰλιόσφαινον. Cistus planta, aut germen, quod se voluit. Favet huic lectioni antiquus Diosc. codex. Nam in eo libr. 1. cap. 126. ubi de cistho agit, κίστος legitur, cum in vulgato κίστος scribatur. Vulgata lectio melior videtur, ac apud Theophrastum non κίστος accentu in ultima, sed κίστος accentu in penultima scribendum est. Infinitæ voces Græcis sunt, quæ pro accentu diversitate diversam habent significationem. καίη Cæna urbs. κινή, novæ, κινήσων subvertens, κινήσων purgans. κάλον lignum, κηλὸν bonum. ἰδύ ἐκε, ἰδύν vide. ἰοί viola, ἰοίενς. αἰὼν gloria, αἰὼς gravis. βίβη vita, βίβη arcus. Sexcenta licet hujusmodi proferre. Cæterum veteres & κίστος & κίστος cisthum vocasse probari potest. Diosc. libr. 1. κίστος ὅτι ἴσιν κίστος ἢ κίστος καλοῦσι. κίστος ἢ κίστος; κίστος ἢ κίστος diminutivum est: Vox etiam ὑποκίστος veteres cisthum κίστος vocasse satis indicat. Illud tantum discriminis fuisse videtur, quod κίστος cistus accentum in penultima haberet, κίστος hederæ in ultima. Multi tamen nihil ambigendum putant, quin κίστος aliqui scripserint, qui aliis erat κίστος. Profectò, inquit, Paulus Aegineta non videtur aliter scripserit. Cum enim exactè per seriem alphabeti simplicia medicamenta descripserit, servato ex amussim litterarum ordine, post mentionem κίστος, statim subnectis de cistho, quem κίστος vocavit; nec enim aliter eo loco sedem & ordinem habere potuisset. Sequitur postea κίστος, quæ est hederæ. Fieri tamen potuit, Græcos quosdam κίστος scripserit, qui aliis erat κίστος. Dialectus hæc est multorum Græciæ populorum & Ionibus familiaris, qui tenui pro aspirato sepe utuntur. Scribunt ut σὸς, ἡὸς τίκω, πίκω, δίκω, δίκωμαι, δίκωμαι, σίκω, δίκω. Idem fecere Cretenses. Hefychius σίκω, τίκω, κήτες. Fortean & Cyprii, qui κίστος vocabant. κίστος. Nec mirum, auctores ex Atticis sic etiam scripserit. Nulla quippe apud eos ex nominum similitudine confusio, utpote qui hederam vocabant κίστος: cisthum autem κίστος. Nobis ea magis placet opinio, quæ in accentu peccatum putat. Κίστος vel κίστος nomen impositum ab adolescente quodam cisso. Cujus historiam citat Caspianus Bassus lib. 11. cap. 30. κίστος τὸ ἀνδρῶν, ἰὸς ἰπύχωνος ἀσπίθου, χορδῶν Διοσκουδίου γινόμενον. χορδῶν δὲ τὸ ἦμα, ἀσπίθου τὸ καὶ ἀσπίθου, καὶ γὰρ πρῶτον Διόνυσον, αἰὼς αἰὼς ἑμῶν μοι βλάσημα, σάλουσι τὸ πύμα βλάσημα. ἀσπίθου μὲν γὰρ ὡς γῆς, ἀμπελος ἀπὸ πλάκωδ' ἰσχυρῆς. οὕτως ἀπὸ πλάκωδ' ἰσχυρῆς, αἰὼς ὅτι ἰὸς ἰσχυρῆς. Hederæ stas, id est, Cistus, adolescens antea fuit & Bacchi saltator, qui cum coram Deo tripudaret, ad terram prolapsus est, & interiit: terra autem in honorem Bacchi, florem produxit adolescenti cognominè, & (juvenis) germina in planta germine conservavit, quod ubi ex terra progressum est, vitem amplecti solet, eo modo quo adolescens Bacchum in tripudiis amplecti, eique circumspicari consueverat. Hæc medici, eorumque filii, vana putant. Κίστος vel κίστος vocatur, ὡς τὸ κίος, id est, verme, sive cur culione, κίος, ut tradit Theophrastus lib. 4. de caus. cap. 16. vermis qui in frumento, hordeo & tritico maximè nascitur, cui natura est semina illa cuspidè potius, quam ore exiguis foraminibus terebrare. Unde κίστος pumex, ob fistulosas ac porosas cavitates dicitur. Eodem modo planta hæc κίστος vocatur à porosa textura, & innumeris spiraculis pervia, qua vinum transmittit, ut antiquissimus observavit. Cato. cap. 111. Si voles scire, in vinum aqua addita sit, nec ne, vasculum fasito de materia hederacea. (ita antiquus noster codex habet, ultimo editus, ederacea.) vinum id, quod putabis aquam habere, eodem misticito. Si habebis aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas hederaceum. Idem observavit Costæus. Ait enim lib. 2. cap. 5. de universali stirpium nat. Sed accedit præterea laxum earum corpus ac cutis. hederam enim tam rara substantia esse constat, ut pocula ex ea parentur, è quibus, aqua superstitet, vinum, tum ipsa quoque demum effluat aqua. Hederæ, teste Pompeio, dicitur, quod parietibus ac maceris firmiter adhæreat, seseque affigat, quod non ignoravit Persius, tum in prologo dicat.

Heliconidæque pallidam Pirenen
Illis remitto, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces.

Sequaces, dixit Poeta; quod natura sint sequaci, ac sese spargendo dilatent, & crescendo muros ac arbores quas semel comprehendendo implicuerint tenaciter perforantur. Qua ratione à Virgilio serpentes & errantes dicuntur in Bucol.

Errantes hederas passim cum baccare tellus.

Idem de obitu Mecænat.
Serpentes hederæ, vix habuere locum.

Aliis placet, à Latinis sine aspiratione ederam vocari, quod edita petat, & altè divagetur, altioresque ascendat parietes. Alii ab edendo nomē illud accepisse contendunt, quod

quod vetustiores maceries, arborésq; radicatis suis propaginibus edat ac enecat. Peculiaré enim fortitur naturâ. Equidem non solum radicibus in terram dimissis vivit, sed & germinibus & arborum caudicibus quas scandit, alimentum exugit; & præcisa juxta terram non emoritur, nisi à totis caudicibus avellatur. Nam frequentissimas easque per breves per tota germina radicales, centipedis animalis modo edit, quibus pertinacissimè adherens, arbores exugit, & enecat, ædificiaque, quamvis robusta, demolitur. Plinius lib. 16. cap. 34. *Inimica arbori, satisque omnibus, sepulchraque ac muros rumpens, serpentium frigori gratissima, ut mirum sit, ullum honorem habitum ei.* Pulchrè Pœta.

*Vt hedera serpens vires arboreas necat,
Ita me vetustas amplexu amorum enecat.
Sepulchris similis, nil nisi nomen retineo.*

Expetitur tamen in hortis ac viridariis, quod sponte, nullo adminiculo, totos parietes, ac maceries circumvestiat, fronde perpetua exornet, cultura arboreascat, caudice satis crasso, & ad altitudinem, latitudinemque distendatur, nisi fortè defuit, quod amplecti possit. Cum ad eam ætatem propè accesserit, in qua fructum ferre possit, quasi ex pueritia, in virilem habitum transiens, totam faciem, naturamque mutat; per se enim erigitur, nullum querens adminiculum, nixa novis radicibus, in parietum & arborum cava dimissis, ut aliquando nullum relinquatur conjunctionis vestigium, cum repentè hedera, sed omnino separata à parente, vivat. Foliis quoque longè diversis vestitur. Quandiu enim affixa est, folia fert in plures angulos desinentia, ad summum quinos; cum autè erigitur, folia rotundantur, oblitteratis ex toto utrimque angulis omnibus, solo eo qui in summo est relicto.

Πολυειδής ἢ ὁ κισσός, καὶ γὰρ ὁ μὲν ἰσχυρὸς, ὁ δὲ εἰς ὑψὸς, &c. Ita scribendum, ipsa ratio, ac series orationis docent. Plura, inquit, esse hederæ genera: sed tria summa, album, nigrum, & helix. Idem Diosc. lib. 2. cap. 210. κισσὸς πολλὰς ἔχει διαφορὰς, πὰς κατ' εἶδος, πὰς δὲ γυναικώτερος ἔστι. λέγεται γὰρ ὁ μὲν πικρὸς, ὁ δὲ μέλις, ὁ δὲ ἰσχυρὸς. Hedera multas in specie differentias sortitur, summas autem genere tres. Est enim candida quedam, nigra altera, tertia quæ vocatur helix. Plinius loco citato cisthum & hederam confundit, Duo genera, inquit, ejus prima, ut reliquarum, mas & femina; major traditur mas corpore, & folio duriore etiam, ac pinguiore, & flore ad purpuram accedente, utriusque autem flos similis est rose sylvestri, nisi quod odore caveat. (Hæc Theophrast. & Dioscorid. de cistho. falsum est hujusmodi in rerum natura esse hederas. vide cap. secundum libro 6.) species horum generum tres (Theophr. & Diosc. tria summa genera hederæ esse scribunt, Plinius vocum vicinitate deceptus duo genera hederæ, in tres species dividi scribit, quod, valde ineptum est.) est enim candida & nigra hedera, tertiaque, quæ vocatur helix. Ἐλέξθαι ab ἰλιεσσι quod torta, circumvoluta, circumflexa magis sit hæc hedera, vel, quod cincinnos, sive capreolos, qui ἰλιεσσι dicuntur, magis conspicuos habeat.

Εἰδὴ δὲ ἐκείνων. Harum specierum non meminit Dioscorides Plinio loco citato, Etiamnum hæc species dividuntur in alias, quoniam est aliqua, &c.

Ασπίς γὰρ, &c. Plinius loco citato. Quoniam est aliqua fructu tantum candida, alia & folio: fructum quoque candidum ferentium aliis densus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi. Dioscorides candidum ferre tradit: ὁ μὲν οὖν λευκός, φέρει τὸν κερπὸν λευκόν. Verba Theophrasti in hunc verte sensum: Alia enim fructu solo, alia etiam foliis candida est. Rursus fructum tantum candida ferentium, quedam grandiore, densum. (Ald. enim & Basil. legentem σιωπησθησάντων κερπὸν rejectione, vulgatè sequor, lego etiam cum magno Scaligero μένος) & veluti in orbem (pilam) circumactum fructum producit; quem nonnulli corymbium vocant. Ita legit Plinius. Apud Auctuarii Auctorem habetur, κερυμβόηρα, ὅτι ἢ κερυμβόηρα, ἢ ἢ κισσός. Vulgatam Theophrasti lectionem probant. Nobis Pliniana non displicet, idque quia apud Oppianum κισσός. lib. 7. reperio.

*Εἰλατὴν γλῶσσιον γίνεσθαι ἐγκατέθεντο,
Νεβελισσὶ ἀμφεβάλλοντο, καὶ ἐπέψαυτο
Κορύμβοις.*

*Abiegnæ in cista divinum genus reposuerunt,
(Bacchum)
Pellibusque induerunt, & coronarunt
Corymbis, id est, hederis albis.*

Plinius lib. 21. cap. 9. *Inter hæc nervosi cauliculi quibusdam, ut marathro, hippomarathro, πορροῦ utuntur & ferulis & corymbis, & edera flore purpureo. Est & in alio genere earum sylvestribus rosis similis.* Agit de plantis coronariis, locumque; Theophrasti explicat, qui ad finem cap. 1. & initium secundi lib. 6. hist. reperitur. In antiquo codice legitur; utuntur & ferulis, & corymbis, & hedera flore purpureo. Priori capite recenset loco citato Theophr. φουραίνης & πορροῦ, quæ in coronis locum habent; inter ea numerat κισσόν, id est, cisthum; posteriori sive altero eundem describit cisthum. κισσόν suo more Plinius hederam vertit. Hedera alia alba, alia nigra. Alba, ut dixi, corymbus vocatur (malè enim Plinius racemum sic vocari ait, cum Theophrastus ipsam plantam sic appellari referat) Ergo, inquit, utuntur & ferulis, & corymbis, & hedera flore purpureo, & in alio genere earum sylvestribus rosis simili, &c. Priori capite unius κισσόν tantum meminit, secundo, duorum. Ex duobus, quorum mentio cap. secundo, & uno, quem cap. primo recenset inter φουραίνης καὶ πορροῦ, tria finxit hederæ genera. Porro, corymbus vocatur, quodvis summum, eminens cacumen, ut κερυμβόηρα: id est, κλωνίς, κερυμβόηρα δάφνης, lauri ramus. Nonnus κερυμβόηρα κισσόν corymbis hedera. κατ' ἐξοχὴν verò denotare videtur, ipsam hederam albam.

Οἱ δὲ Ἀθήνησιν ἀχαρνέτης &c. Scribe, ἀχαρνέτης. Suidas. ἀχαρνέτης. ἀθήνησιν κισσός. (Ita lege. In vulgatis codicibus vox κισσός deest.)

*Πολλάκις ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν ὀρνίθῃσι πηλῶς
Βλαισὸς ἀχαρνέτης κισσὸς ἐρέψε κόμην.*

Distichon hoc, Dioscoridis cujusdam est, Reperitur libr. 3. florilegii var. epigram. cap. 25. epigr. 42. ubi emendatius & nitidius in hunc legitur modum.

*Πολλάκις ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκαυήσι τε πηλῶς
Βλαισὸς Ἀχαρνέτης κισσὸς ἐρέψε κόμην.*

*Sæpius in pulpitibus & scenis florens
Transversa Achernitæ hedera corripuit comam.*

Βλαισὸς κισσός, Ovidio flexipes, ita ut in MS. legitur, in editis, flexibilis. Locus est 8. Metamorph.

Vos quoque flexipedes hedera venistis & una.

Flexipes, quod flexuosis & errabundis flagellis per humum serpat, velut pedibus flexis accurvis erret. ἀχαρνέτης ab ἀχαρνή, ἢ ἀπικῆς, ab Acharna, loco quodam in Attica.

Ἀρδούροισιν. ὁ δὲ ἐλάτῃ, &c. Corruptus codex. Plinius loco citato, Item selenitium, cujus est minor acinus, sparsior racemus. In antiquo legitur. item silentium, in altero cod. sileniticium. ch. sileniticium. In epigram. σελήτιον fit mentio κισσόν, id est, tabernacula integrentis, vel topiariæ hederæ.

Lib. 3. cap. 24. epigr. 40.

*Ἀεὶ τοὶ λιπαρῶν ἐπὶ σήματι δῖε Σοφῶκλεις
Σκηνίτης μαλακοῦς κισσὸς ἀλοιτὸ πῶδ'.*

*Semper tibi formoso in sepulchro Dive Sophocles topiariæ
Scenica, hedera molles saltet pedes.*

An itaque scripsit Plinius? Item scenites cujus minor acinus. Theophrastus verò ὁ δὲ σκηνίτης ἐλάτῃ καὶ διακερμαίνον. Scenites proximè accedit ad selenitium, ut in vulgatis legitur. Qui vulgatam lectionem servant, vertunt; Quam nonnulli corymbian vocant, Athenienses Achernicam, quæ in virgibus nascitur, quedam minorem, sparsiorē nigrae modo. Vox ἀρδούροισιν nobis suspecta admodum, nec ad hederæ historiam pertinet. Imaginari nequeo, qua ratione, hedera κισσόν ἀρδούροισιν, dici possit. ἀρδούρος significat irrigo, rigo. Hedera nec amat, nec odit rigari, nec riguis gaudet, nec rigua est. Plinius, ut dixi, σκηνίτης legit. Quæ vox librorum negligentia omissa & depravata est, mutataque in selenitium.

Ἐχει ἢ ὁ μέλις, &c. Plin. loc. cit. Simili modo in nigra alicui & semen nigrum, alii crocatum, cujus coronis poeta utuntur, foliis minus nigris; quam quidē Nysiam, alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam a præd Græcos etiam duo genera faciunt, à colore acinorum,

rum, erythranum, & chrysocarpum. Hæc partim ex Theophrasto, partim ex Dioscoride, partim ex alio quodam auctore Græco hausit Plinius. Similis, inquit, modo in nigra. Scribe, similis modo nigra, & intellige, dividitur. Theophrastus, ἔχει δὲ ὁ μέλας διαφορὰς. Quod sequitur, ἀλλ' οὐχ' ὁμοίως φανερός, non vertit Plinius; nec ad illud attendit. Græcus auctor similes differentias habere tradit, sed non ita perspicuas. Latinus, eodem modo dividi ait; alicui & semen nigrum, alii crocatum; Hoc ex Diosc. sumpsit Plinius. ὁ δὲ μέλας, μέλαινα ἢ κροκίζοντα. ὃ δὲ καὶ ἰδιώται Διονύσιον καλοῦσι. nigra quam etiam vulgus Dionysiam, nigram aut croci æmulam. Coronariam plantam hanc hederam, inquit; & hac coronatos Poetas.

Virg. ecl. 8.

Pastores hederam nascentem ornate Poëtam.

Horat. Epist. lib. 1.

— Seu condis amabile carmen,

Primaferes hederam victricis præmia, &c.

Hedera coronati poetæ, quod hæc se victricem ferat vetustatis; atque adeo comitem æternitatis ejus, quam sibi optimi scriptores, ut præmium, proponunt; imprimis insigniores & nobiliff. poetæ, quorū celeberrimus quisque, ac cæterorum victor hac fronde tempora cinxit. Hac de causa Propertius caput docti & poetæ hederam circumiri vult, non iteum rustici alicujus & imperiti.

Rusticus hæc aliquis tam turpia prælia querat,
Cujus non hederæ circumiore capus.

Ovidius in exilium in Scytharum terram relegatus, veluti à se abdicans omnem nominis sui splendorem, ac immortalitatem, suæ imagini hederam demit vult.

Si quis habes nostris similes in imagine vultus,
Dæmne meis hederas, Bacchica ferta, comis.
Ista decent latos felicia signa Poëtas.
Temporibus non est apta corona meis.

Auctuarii auctor hederam πικηπικὴν vocatam scribit; ἢ δὲ, χρυσόκαρπῶν. ἢ δὲ, ποικιλῆ, ἢ δὲ, &c. Hoc nomen non foli hederæ nigrae impositum, sed etiam albæ. Nam & alba coronati Poetæ, non tantum nigra, ut innuere videtur Plinius. Quam quidam nysiam vocant. Scribe, quam quidam Dionysiam, aliam Bacchicam vocant. Græci διονύσιον κιστῶν vocabant, Latini hederam Bacchicam: διόνυσος Græcis idem qui Latinis Bacchus. Hederam Baccho gratam fuisse, eaque infum coronatum multis exemplis probare, non foret difficile. Cur hac coronatus inaccesserit multæ, adferuntur causæ.

Ovid. lib. 3. Fastor.

Cur hederam hæc cincta est? hederam hæc gratissima Baccho.
Hæc quoque cur ita sit dicere, nulla mora est,
Nisiades Nymphas, puerum querente noverca,
Hanc frondem cunis apposuisse ferunt.

Videtur id sumpsisse è nono διονυσιακῶν.

Τὸν μὲν ὑπερκύβαντες θεηγένησιν τοκέτιο
Στέμματι κισιέντι λεχθαίδης ἐπρεφον ὄρει.

Hunc quidem superstantes divini parentis corona
Hederacea perperæ coronarunt hora.

Cur Baccho sacra hederam, variæ solent adferri causæ. Hanc dat Plutarchus lib. 3. Sympof. quæst. prima, ὁ δὲ Διόνυσος ἐν μόνον τῶν ὄντων ἰσχυρότατον φάρμακον καὶ ἥδιον, ἰατρὸς ἰσομείδη μέγιστος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἴκτιον, ἀντιπικηπικῶν μάλιστα τῆς δυνάμεως πρὸς τὸν οἶνον. εἰς πηλὸν κατακαταλάει καὶ σφαιροειδῶς διαδύει τοὺς βακχύνοντας, ὡς ἤπειν ὑπὸ τοῦ οἴνου ἀνιδίωτο. Ἔκιστῶν κατὰ φύσιν τῶν μύθων τῆς ψυχρότητος. Bacchus porro non eo tantum nomine medicus est habitus, quod vinum invenit, medicamentum validissimum & suavissimum; sed quod hederam quoque, facultate sua vino maxime resistentem, in honore habendam docuit, eaque Bacchantes coronavit, ut minus à vino laderentur; edera suo frigore ebrietati resistente. Idem fere Terrullianus. Hederæ, inquit, vis atque natura est, caput ab helico, hoc est, pridiani vini oscitantia. & semisomnio defendere, vi nimirum discussoria, atque adstrictiva, qua etiam à crapula tutos reddere creditur, ca-

piæ admota; vel, præsumptis ejus acinis quibusdam: atque binc factum crediderim, ut Bacchus foliatis vis hederæ coronetur, & ob id corymbifer, diceretur. Mirum aliis videtur, hederam, cujus natura est inhibere vim Bacchi, nihilominus esse coronamentum hujus numinis. Sed Baccho gratam putant, quod spiritum, vel substantiã quandam habeat, qua mentes in furorem concitet, & loco moveat, adeo, ut possit sine vino ebrietatem inducere. His favet Plutarchus, quæst. secunda ejusdem libri. ἔστω δὲ ἔμπροσθεν καὶ θερμότερον, καὶ ὅσα κερπὸς αὐτοῦ μινυμύρον εἰς τὸν οἶνον μινυμύρον ποιεῖ τὸ πυρρὸν. Etenim calida est hederæ, e jusque fructus vino admixtus, inflan. mando vim ejus inebriandi & conturbandi auget. Certè Dioscorides etiam tradit, hederam turbare mentem, καὶ τερπύοντες τῶν διάνοιαν παρὰ νοσήντες. Mentē τε, turbant largius sumpti. (corymbos intelligit.) Eadem etiam mens Plutarchi eadem quæstione. τὸν δὲ εἰρημίων (ἴφην) τὸ μὲν μινυμύρον κίττον οἶνον μινυμύρον, σὺν ἀληθῆς ἐστὶ. τὸ δὲ ἔμπροσθεν τοῖς πίνουσιν (vulgo ποιοῦσι) οὐ μὴν ἂν τις εἴποι, τερπύοντες δὲ καὶ ὡδύφρονοι. οἷον ὑσκούμενον (vulgo κούμενον, vetus ὑσκούμενον.) ἔμπροσθεν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, κισσοῦ τῆς μινυμύρας τῶν διάνοιαν. Porro ex iis quæ dicta sunt, hederam vino admixtam inebriare, falsum est: quam enim bibentibus affectionem infert, non ebrietatem rectè dixeris, sed perurbationem, & abalienationem mentis; qualem hyoscyamus etiam, & multa alia inducunt, insaniam animum exagitantia. Cæterum an frigida, an calida sit, in notis ad Dioscoridem dicam. Galenus mistæ facultatis esse scribit. Sed de hac quæstione alibi. Aliam idem Plutarchus adfert causam, cur Baccho grata sit hederam; nemque quod cum vite magnam similitudinem habeat. ἀλλὰ μοι δοκεῖ καὶ ἄλλοις οἱ φιλοῖνοι μὴ περιεχῆς ἀμπελίνου, καλὴν χρῆναι πώματι, καὶ μηλίτας πνέας, οἱ δὲ φοινοῦντες οἶνον ποιοῦσιν. ἔτι καὶ ὁ πορρὸν μινυμύρον (lege χρυσόκαρπῶν) ὄρεος τὸ δὲ ἀμπελίνου τῆς φασίον ὡς ἐκίλιον ἰώσθου μινυμύρον καὶ ἀφύλλον, ἀρσπησίου τῶν ὁμοιοτήτων ἔκιστῶν. καὶ γὰρ ἔκιστῶν καὶ τὸ ἰλικώδες τούτου καὶ σφαιροειδῶν ἐν τῇ πορείᾳ, καὶ τὸ πικρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ σφαιροειδῶν ὑπερτακίας μάλιστα ἢ αὐτῶν ὁ κερπύρον ὁμοίως πικρὸν καὶ σφαιροειδῶν κατὰ φύσιν, οὐ μινυμύρον τῶν ἀμπελῶν διαδύει. Sed mihi videtur, quemadmodum vinosi veteri destituti vino, hordeaceo utuntur potu, & è malis aut palmulis quedam sibi vina conficiunt: ita qui hyeme desideraret viteam coronam, ubi nudam & foliis vacuam videt vitem, ob similitudinem hederaceam amplexus: namque & palmulis ambages istæ, lubricique in progrediendo ambitus atque lapsus, & foliorum flexilis atque inordinata circumfusio, & maxime corymbus, ipse vix immatura densa, nigrescenti ac varianti similis, vitis formam imitatur. Apud Indos Machlæos extat lucus, quem ubertas hederæ, vitiumque inibi provenientium, sua opacitate pulcherrimè inumbrat; quæ utriusque arbuti societas talis est, ut eam vis venti nulla dissolvere possit. Id quod expressit Quintus Calaber his versibus.

Ὡς δὲ ὅτε κισσός τε καὶ ἡμπελὶς ἀμφιβάλλοντα
Ἀλλήλοισιν ὡεῖ πρέμνα. τὰ δ' οὐ πτεῖς ἀνέμοιο.
Σφῶν δὲ τὸ νόσφι βαλέεται ἴπποδένει.

Ac veluti hederam & vitis constringunt se mutuo
Ramusculorum nexu, quos nulla unquam vis ventis
A se divellere potest.

Sociantur ergo natura, vitis & hederam propter similitudinem: quanquam veram causam putem, quapropter hederam & vitis sociata efficiunt coronamentum Bacchi, quod utraque ebrietatem inducat. Quod his verbis testatur Aurelius Neucefianus alloquens Bacchum.

Ecl. 3.

Te cano, qui gravibus hederata fronde corymbis
Vitea ferta plicas; qui comptos palmite tigreis
Ducis odoratis perfusus colla capillis,
Vera Iovis proles.

Alii ad Hederæ naturam referunt, Bacchoque sacram dicunt, quod semper vireat. Vult enim Deus hic fempet juvenis videri. Frequentibus hederam est articulis nodosa. quibus indicat ebriosos ac bacchantes vacillare & titubare, portatuque faciles esse; vel, quod ebriorum vox quasi articulata sit, & titubans, nec uno contextu intelligibilis. Quare Thyrsus, cujus mucro labente hederam protegatur, Baccho dicatus. Eo enim, auctore Macrobio libr. 1. cap. 19. Sarurnalium, furoris, bellique impetus patientiæ vinculo obligandos esse, significabatur. Habet enim hederam vincendi obligandique naturam. Ebriorum pedes

pedes parum suo funguntur munere. Ebrius nil nisi bella
spirat. Verè poëta,

Quid non ebrietas designat? aperta recludit;
Spes jubet esse ratas, in praelia trudit inermem.

Vidimus causas, cur Baccho hanc plantam antiquitas
dicarit, quæ ab Ægyptiis, ob causas jam allatas, *χενόσεως*
appellata est, teste Plutarcho lib. de Iside & Osiride. *ἐν δὲ*
τοῖς κριτοῖς, ὅι ἄλλοις καπιεῖται τῷ Διόνυσῳ, καὶ παρὰ αἰγυπτίους λέγε-
ται χενόσεως ὀνομαζομένη, σημαίνοντος τὸ ὀνομαζομένου (ὡς φασι) φυτόν
ὀσίριδος. Præterea & hederam Græci Baccho consecrarunt,
& hæc ab Ægyptiis dicitur nominari *Chenosis*, quod signifi-
cat plantam *Osyridis*. Sequitur apud Plinium, quidam apud
Græcos etiamnum duo genera ejus faciunt, à colore acinorum,
erythranū & *chrysothoracū*. A Græcis se hæc habere scribit;
nihil tamen apud Diosc. nihil apud Theoph. reperire licet.
Aliunde igitur habet. *Erythranū* vocari ait; sed Auctuarii
auctor *ἰσχυρίων* appellat. *οἱ δὲ διόνυσος, οἱ δὲ ἰσχυρίων*. Dalecam-
pius legit *ἰσχυρίων*, quod fructum ferat ad rubrum ver-
gentē. Vide etiam *chrysothoracū*. Apulenus c. 119.
à Græcis dicitur *cissos* & *Chrysothoracū*. sic appellata, quod
grana aurei coloris ferat. Quomodo *Chrysothoracū*? quod
fructum aureum ferat. Scribe *Chrysothoracū*, ab aurea, cro-
ci æmula, bacca. Plin. Med. lib. 3. cap. 12. Est hederæ quæ
chrysothoracū appellatur, propterea quod fert grana aurei colo-
ris; cujus grana viginti in vini sextario conteruntur.

Hedera helix sine flore.



H ὅτι *ἑλίξ*, &c. Claviculam Gaza vertit. Græcam vocem
servavit Plin. loc. cit. plurimas autem, ait, differentias ha-
bet *helix*. quæ non est mens Græci auctoris, volentis, heli-
cem multis differentiis ab aliis discerni hederis; quanquam
& hoc etiam ex Plinii verbis quis percipere posset. *ἑλίξ*
dicta, quod secundum sarmentosos funes exerat clavicu-
las, capreolosque viticeos, qui humi panguntur, & pro-
pagatione quadam quasi in spicas & anfractus pervol-
vuntur.

Καὶ δὲ τοῖς φύλοις. Plin. loc. cit. Plurimas autē differentias
habet *helix* (subintellige à cæteris) quoniam folio maxime
distat; parva sunt & angulosa, concinnioraque, cum reliquo-
rum generum simplicia sint, (malè in antiquo genera legi-
tur) Theoph. folia hederæ *χενόσειδῃ καὶ ἰσχυρίων* εἶναι scrip-
sit. Ita vulgatus codex habet. In Aldino & Basil. habe-
tur *χενόσειδῃ καὶ ἰσχυρίων*. Primam vocem corruptam conce-
do, sed an altera corrupta, nōx videbimus, Diosc. *ἑλίξ καὶ*

φάρδα λεπία, & χενόσειδῃ. (in antiquo *χενόσειδῃ*, quod idem) *ἑλίξ*
ἰσχυρίων. Folia verò tenuia, angulosa, rubra. Oribasius *φάρδα*
λεπία legit, non *λεπία*, ut codex vulgatus habet. Oribasii
lectionem antiquus probat codex. Eadem confirmatur
Theophrasti, Plinii, & Serapionis, (qui hederam cum cistho
confundit,) auctoritate. *ἑλίξ*, ita etiam legit Oribasius;
aliter tamen Serapio. Quare, vox *ἰσχυρίων* merito suspecta,
quoniam helicis folia nunquam rubentia conspiciuntur.
Novi adversariorum auctores. Probè constat, doctif. Cæ-
falpinum observasse, folia hederæ quandoque, & quibus-
dam locis rubere. Interdum, inquit adversar. auctores,
etiam quibusdam locis *xerampelino colore nitent folia*. *Xe-*
rampelinon intensum rubrum, saturatum rubrum, *βυρ-
root* vertit Lobelius; sed hæc de fructifera scribunt, non
de helice. Fructifera hederæ folia rubentia vidi, nunquā
helicis hoc colore nitent. Quare Dioscoridis codicem cor-
ruptum scribunt. Serapio *ἀδρῆ καὶ πίπρος* legit, vel saltem in-
terpres ejus sic vertit. Amara non sunt helicis folia. Corri-
gunt alii ex vulgato codice *ἰσχυρίων*. alii *ἰσχυρίων* succu-
lenta, iidem apud Theoph. *ἰσχυρίων* succulentiora, legunt.
Quam lectionem improbant alii, idque, quia Plinius vertit
concinniora. In Aldino & Basil. ut dixi, *ἰσχυρίων* legitur.
Corrigunt *ἰσχυρίων*, *ἰσχυρίων*, *ἰσχυρίων*, quæ omnia,
ut Plinius vertit, *concinniora* significare, non negamus; sed
non videmus, cur Aldinam rejecerint lectionem, quasi *ἰ-
σχυρίων*, non æquè significaret *concinnum*, ac *ἰσχυρίων*, aut *ἰ-
σχυρίων*. Hefych. *ἰσχυρίων ἀπλοῦν ἰσχυρίων*. *ἰσχυρίων, κελῶς διακεῖσθαι*,
benignum, bene spirans, mite, pulchrè constitutum. Quæ
pulchrè constituta & ordinata, an non concinna? Frustra
itaque corrigunt. Quid si etiam dicamus *concinnum*, Plin-
ium posuisse pro læto, nec Plinium illam, quæ vulgo di-
citur, *concinnitatem* intellexisse? Sed non opus eò confu-
gere. Hederæ helicis folia læta sunt, aptè composita & sita
ornata, polita. Corrige igitur, & scribe, *ἀντὶ ἰσχυρίων* apud
Diosc. *ἰσχυρίων*, quæ simplicissima est correctio, & ex mente
Theophrasti ac Plinii. Antiquam, id est, Aldinam restitue
lectionem, dele *ἰσχυρίων*; scribe *ἰσχυρίων*.

Καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων, &c. Plinius, *distans & longitu-
dine internodiorum*. Internodia, ut rectè Scaliger, frumen-
taceorum & arundinaceorum sunt. Sarmenta sunt, quo-
rum metitur longitudinem. Quare verte, *sarmentorum vit-
ticulorum, aut flagellorum*. De sarmentis helicis hæc tra-
dit Diosc. *ὅτι ἑλίξ ἀσπερὶς πῖσι, & λειψία ἔχει τὴν κήμαλα*. *Helix*
fructum non gignit, albas habet viticulas. Lacuna in antiquo
codice *λεψία ἔχει* legit. Vulgatam defendit Oribasius, alte-
ram Serapio. Autopsia docet, esse sarmentis gracilioribus;
quanquā respectu aliarum hederarum albida dici possunt.

Καὶ ἐπὶ τῷ ἀκαρπῷ εἶναι. Idem Diosc. & Plinius. Præcipuè
tamen sterilitatis, quoniam fructū non gignit. Postrema non
temerè addita iis docet Plin. Theophrasto hoc loco *ἀκαρπῷ*
non esse, quod fructū fert esui usque ineptum, sed quod
fructu caret. Suprà lib. 1. quid *ἀκαρπῷ* sit dixi; idem si *ste-
rile* apud Plinium significat, à multis erroribus, quibus ac-
cusatur, vindicari possit.

Διατίθενται γὰρ, &c. In Aldino & Basiliensi codice in
hunc ferè modū hæc leguntur. *διατίθενται γὰρ τινε, τῷ (Ald-
τι) μὴ δόκιμῶδῃ τῇ φύσει τῶ ἑλίξ. ἀλλὰ τῇ ἐν τῷ κισθῷ πλεονε-
κῶν. Quæ corrupta & depravata mirum in modum sunt.*
Totam hanc periodum in hunc restituo sensum. *καὶ τῷ μήκει*
τῶν κλημάτων διατίθενται γὰρ καὶ ἐπὶ τῷ ἀκαρπῷ εἶναι. Φασὶ δὲ
τινε δόκιμῶδῃ μὴ τῇ φύσει τῶ ἑλίξ. ἀλλὰ ἐπὶ κισθῷ πλεονεκῶν.
*Differt etiam sarmentorum longitudine, longius enim porri-
guntur. præterea quod sterilis sit. Quidam helicem natura*
sua ajunt in hederam degenerare (hederæ naturam adipisci)
in eamque mutari ubi adoleverit. Vel potest in hunc sensum
legi. καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων καὶ ἐπὶ τῷ ἀκαρπῷ εἶναι. διατί-
θενται δὲ τινε δόκιμῶδῃ τῇ φύσει. Ubi διατίθενται, non extendo
significat, sed contendo. Contendunt quidam natura sua in
hederam degenerare. Plin. loc. cit. Quidam hoc ætatis esse
non generis existimant, primoque helicem esse, fieri hederam
vetustate. Quod Theoph. δόκιμῶδῃ, ait, Plinius vertit he-
deram fieri. Alii, hederæ modo folium mutare; & hanc inter
helicem & hederam ponunt differentiam, quod hederæ
folium novum, angulosum est, ætate provecum in, rotun-
dum mutetur, ut lib. 1. cap. 18. docet Theophrastus; he-
licis autem folium, sive novum, sive vetustum, semper an-
gulosum esse. Hoc, ut verum fatear, mihi in totum vitæ
placet, Satis clarè Plinius in hederam mutari scribit,
quod fructum tandem ferat: Præcipuè tamen sterilitate,
quoniam fructum non gignit, quidam hoc (nempe quod fru-
ctu caret) ætatis esse, non generis existimant: primoq; he-
licem esse, fieri hederam vetustate, id est, fructum etiam fer-
re. In hunc sensum si accipiantur verba Theophrasti, vul-
gata lectio, sive potius restitutio Roberti Constant. ser-
vari potest. Non nego, diversum folium helicis & alterius
hederæ esse, sed hanc esse mentem Plinii aut Theoph. Im-

mo diverfum esse, ipse docet Theophrastus eoq̄ue probat, non mutari in hederam.

Ei ἡ πᾶς &c. Probat opinionem jam allatam non probabilē esse; Nam, inquit, si omnis helix mutatur in hederam; jam non generis, sed ætatis, & affectus erit differentia. Addit, helicis jam in hederam mutatæ folium, ab hederæ vulgaris folio differre. Quod si in hederam mutaretur vulgarem, folium etiam vulgari simile haberet.

Εἰ δὴ οὗτος ὁ πᾶς τῆς ἑλικῆς &c. Helicis genera nulla tradit Dioscorides. Plinius hunc Theoph. locum his ferè verbis exscripsit: *Horum error manifestus intelligitur, quoniam helicis plura genera reperiuntur; sed tria maximè insignia: herbacea ac virens, quæ plurima est; altera candido folio; tertia versicolor, quæ Thracia vocatur. Etiamnum herbacea tenuiora folia, in ordinem digesta, densioraque. In alio genere diversa omnia. Et in versicolori alia tenuioribus foliis, & similiter ordinatis, densioribusque est. Alteri generi neglecta hæc omnia. Majora quoq; aut minora sunt folia, macularumque habitu distant. Et in candidis alia sunt candidiora. Adolefcit in longitudinem maximè herbacea. Legit Plinius, ἡ ἐν λεπτοτέῳ καὶ περὶ φουδῶν ἔχει, aut ὀρθρομοτέῳ vel ὀρθρομοτέῳ, ut supra; non μακροτέῳ, ut in vulgaris codicibus scriptū est. Scribe etiam, καὶ τῶν περικλιῶν διαφύουσα. ὡσαύτως δὲ ἰσοκῆς καὶ τῶν μακρῶν, &c. Et colorum varietatem in eo dissimilē (forte excellentem vertendum: utrumq; διαφύουσα significat; prius magis placet) Similiter & candidæ folia magnitudine & colore distant. Malè hunc Theoph. locum vertit Plinius, aut de suo pleraq; addidit. ἡ δὲ ἕπον πάντε τῶν ἔχουσα, καὶ τῆς ποικιλίας ἢ ἰσῶν μῆτρων — διαφύουσα, id est, quædam minus hæc omnia habent. Et versicoloris alia majus alia minus folium habet, & colorum varietatem in eo dissimilem. Plinius in alio genere diversa hæc omnia. Theophr. quoddam genus hoc minus habere ait: nempe, quod de herbaceo tradidit. & in versicolori (quæ sequuntur de suo addidit) alia tenuioribus foliis, & similiter ordinatis densioribusque est. Alteri generi neglecta hæc omnia. (hæc de suo Plinius.) Majora quoque aut minora sunt folia, macularumque habitu distant. Fortè hæc à sciolo quodam addita. Probabile fit, scripsisse Plinium; Et in versicolori genere, alia majora habet folia. Distant & maculorum habitu. Sed hoc ænigma. Paulò negligentius & hæc verba Theophrasti expressit, ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς ἰσοκῆς τῶν μακρῶν καὶ τῆς ἕπον διαφύουσα. Plinius; & in candidis alia sunt candidiora.*

Φαίνεται δὲ εἶναι &c. Hanc periodum à Plinio his verbis verfam docti scribunt; *Signa ejus folia maxima atque latissima, mamma exigentis, quæ sunt cæteris inflexæ, racemi stantes, ac subrecti. Apud quos pessimè quidē audit Plinius quod βλάπτουσ μάμνας verterit. Ab omni id, inquit, ratione remotissimum est, neque quas mamma hederæ habeat se videre; quod non pariat ut animal. Aliis ridicula hæc videntur, negantq; à Plinio locū hunc Theoph. ex scriptum. Nam, inquit, Theoph. de helice, quæ, ut loquitur Gaza, hederæ scit: Plin. de candida hederæ, quæ ἀποδιδῶσται, id est, arborescit, agit. Utramque opinionem examinabimus, dein nostram addemus. Favent iis, qui negant, à Plinio hunc Theophrasti locum ex scriptum, verba quæ præcedunt. Arborea autem necat candida, omnemq; succum auferendo, tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat. Signa ejus folia &c. Corrigunt, & emendant Plinii codicē, scribuntque, ac distinguunt, *Signa ejus maxima atq; latissima: mamma erigentis, quæ sunt cæteris inflexæ, racemi stantes ac subrecti. Dicit eam hederam racemis stantibus & subrectis esse, erigentibus mamma, quæ sunt cæteris inflexæ. Mamma vocat acinos hederæ, quos qui inspexit, scit, mamma similes esse, cum parvo ἀκρομασίῳ, quod papillam refert. Inde bumastus uva dicta, quod acinos haberet hederæ mamma, id est, acinis similes. Idem Plin. lib. 14. c. 3. In pergulis verò seruntur escariæ appellatæ: edera acinis albæ nigraque bumasti, totidem coloribus. In vulgaribus codicibus scribitur. In pergulis verò seruntur escariæ, edera acinis, albæ nigraque, & bumasti totidem coloribus. Bumastum uvam vocat, quæ acinos hederæ habet. Ergo acini hederæ Græcis propriè μαρτί. Virgilius.**

— Et tumidis bumaste racemis.

Atque his altera, quæ negat à Plinio verum hunc locum, opinio utitur argumentis. Prior quæ affirmat hunc locum ab eo ex scriptum, malè rider Plinium, quod βλάπτουσ, mamma verterit; cum id potius Librario, quam Plinio debeat. Rifu ipsi digni, quando, ut suam stabiliant sententiam de hederæ, doctiss. Robert. Constant. (cujus ne digni quidem sunt, ut foles solvant,) asinum scribunt. Sane asini sunt, qui alios eosq; doctissimos viros asinos scribunt. Cæterum, ut quid sentiam addam, Plinii hunc locum confusum & perturbatum admodum reor, verba postrema corrupta, priora transposita. Quomodo enim p-

tuit interrupto sermone bis de albæ natura agere. Non ille mos Plinii. Quare scribo; *Adolefcit in longitudinē maximè herbacea. Signum in hederam transiturā (vel hederam futuram) folia maxima, atq; latissima, rami rigentes, qui in cæteris inflexi, racemi stantes ac subrecti. Arborea autē necat candida, omnemque succum auferendo, tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat. Et quamquam omnium hederarum generi, radiceosa brachia, huic tamē maximè, ramosa ac robusta: ab ea nigra. Sed propriū alba, quod inter media folia emittit, &c.* Nisi sic legamus, alteram sententiam veriorē dico, nec à Plinio hunc exscriptum locum. Sed ita scribendum, qui cum Theoph. verbis hæc contulerit, facilè animadverteret.

Καὶ οὗτος ὁ πᾶς καὶ ἀκρομασίῳ ἐν δὴ τῶν λεπτοτέῳ. Hæc corruptissima. Doctiss. Gaza legit, ἐκ ὧσιν ἀλλὰ καὶ καὶ ἀκρομασίῳ. inflexa; Malunt alii, καὶ ἀκρομασίῳ, demissa dependentia. Alii καὶ ἀκρομασίῳ. Nobis Claud. Salmat. placet lectio. οὗτος ὁ πᾶς ἢ ποδῆς κακωμένους, ἐν δὴ τῶν λεπτοτέῳ, καὶ δὴ τῶν μακρῶν. Non per terram fusa, ut herbacea, vel propter tenuitatem, vel propter longitudinem. Helicem quandam vocat κινῶδη, quæ in hederam evadit, quam & ἀποδιδῶσται dicit: hanc differre δὴ τῆς ποδῆς, herbacea. Etenim quæ in hederam mutatur, statim ὀρθῶς, recta habere, τὸς βλάπτουσ germina, non κακωμένους, ut ποδῆς herbacea; quæ per terram fusa præ longitudine & gracilitate habet brachia; cum τῇ κινῶδι, quæ hederæ naturam assumit, breviora sint & crassiora. Verisimile autem scripsisse, ὡσπερ ἢ ποδῆς, quod herbaceam supra aucto faciliè dixit, & faciliè proficere.

Τὸς δὲ κινῶδους. Malè Gaza ποδῆς legit. Herbacea, longiora, & tenuiora habet germina, quod altè surgat, & faciliè augeatur. ἢ δὲ κινῶδους. Verte, quæ in hederam mutatur. comparat herbaceæ, quæ hederæ naturam adipiscitur.

Ὁ δὲ κινῶδους. Legunt, καὶ πᾶς γὰρ ὁ κινῶδους. Scribe cum Robert. Const. καὶ ὁ κινῶδους. Malè in Bas. editione ἀκρομασίῳ habetur.

Πολύρριζος. Plinius loco citato, Et quamquam omnium hederarum generi radiceosa brachia, huic (albæ. Theophrastus nigra id magis tribuit, dein candidæ asperrimæ) tamen maximè ramosa ac robusta: ab ea nigra.

Ἀπάλουσ γὰρ, &c. Arborea autem necat candida: omnemque succum auferendo, tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat.

Καὶ ὡσπερ ἐπιπυλόκαλον ἐστίν. In Basil. cod. ἐπιπυλόκαλον. Gaza exponit, amplexicaulis est. Scribe, ἐπιπυλόκαλον. Ἐπιπυλόκαλον dicuntur, quæ aliarum plantarū fulta sustentaculo caules emittunt; id est, quæ alii insident. Fortè legendum ἐπιπυλόκαλον, qui alteri undique insidet. Hoc verbo utitur Theoph. lib. 7. c. 8. & ita legisse videtur Plinius, brachia utrinque semper amplectiens.

Ἐχει δὲ ὀρθῶς καὶ τῆς φύσεως πῶσθον, &c. Hæc Plinius de alba tradit. Sed proprium albæ, quod inter media folia emittit brachia (Theoph. radices) utrinque semper amplectiens: (paulò ante dixerat Theoph. ἐπιπυλόκαλον) hoc & in muris quamvis ambire non possit. Itaq; etiā pluribus locis intercisâ, vivit tamen, duratque: & totidē radicū initia habet, quod brachia; quib. incolumis & solida arborea fugit, ac strangulat.

Ἐχει ἢ ἐντέρον, &c. Plinius. Est & in fructu differentia albæ nigraque hederæ: quoniam aliis tanta amaritudo acinis, ut aves non attingant. Sequitur apud Plin. Est & rigens hederæ, quæ sine adminiculo stat. sola omnium generū ob id vocatæ ciffos, è diverso nunquam nisi humi repens chamæciffos. Nihil horum (ut rectè monet Dalecam.) apud Theoph. nihil apud Diosc. Aliunde hæc sumpsit Plinius; vel chamæciffi voce deceptus, eam à rigente distinguere tentavit. Theoph. quidē hederæ ἐπιπυλόκαλον & εἰς ὄψος αἰρουμένης meminit; sed nusquam chamæciffi, plantæ generis ab hederis diversissimi. Notandum, in quibusdā exemplaribus non ciffos, sed orthociffos legi. Has hederæ recentiores observarunt differentias. Prima hederæ arborea. Variat hæc. Cultu enim arborescit, & cum ad eam ætatē pervenit, in qua fructum ferre potest, totā faciē mutat. Nam per se erigitur, nullum adminiculū quærens; unde orthociffum Plin. vocat. Folia etiā mutat, ut quæ prius in plures angulos definebant, angulis obliteratis, excepto eo qui in summo est, rotundetur: maculis albis, aliquando subrubentibus, infernè distinguuntur. 2. hederæ dionysia, quā Lugd. describit. Hæc chrysofocarpos dicitur, à fructus colore aureo; foliū minime angulosum habet. 3. hederæ major sterilis. Hæc diversa ne fit ab arborea, Theophrastus ambigit: Plin. concedere videtur: at recentiorum aliqui negant. Fit enim ut alicubi non arborescat, ob imperfectionem quandam individui, non speciei. 4. hederæ humi repens.

De vocis Smilacis multiplici significatione, plura lib. 1. cap. 10. hujus libri, dixi. Botanici plantam hanc μελάκα dici contendunt; quod apud Galenum, Æginetam, Ætium, qui seriem alphabeti diligenter observant, legitur, μέλαξ ἢ τε λίμα, καὶ πορχύια βίος δένδρον ὡσπερ κροδύνη. Similiter in optimo, & antiquissimo Dioscoridis codice μελάξ legitur. Horum tamen opinioni subscribere nequeo, quod

quod apud Hefychium, qui eundem, quem servavit Galenus, ordinem sequitur, scriptum reperio, σμίλαξ κτισοειδής ἰ-
διος ὀιδρωσ. Supra plurib. demonstravi, veteres sine ullo di-
scrimine, modo σμίλακα, modo μιλιακα-μίλοι scribere, ac si-
gnificare smilacem asperam, levem, taxum, ilicis quod-
dam genus, & legumen. Vide quæ supra dixi. Smilacis,
de quo nobis sermo, duo genera, lævis & aspera smilax:
de lævi lib. I. egi cap. 21. Smilax aspera, Ovidio si fides
adhibeatur, nomen accepit à Smilace puero, in plantam
sui nominis converso.

Et Coccum in parvos versus cum Smilace flores.

Latinis, Plinio teste, hederæ Cilicia dicitur: credo, quod
copiosa, ac frequens in Cilicia reperitur. Plin. lib. 16.
cap. 35. Similis est hederæ ἐ Cilicia (ita antiquus codex,
vulgo Cilicia legitur) primium quidem profecta, sed in Græ-
cia frequentior, quam vocant smilacem. De hac hederæ hæc
tradit Plinius. Infausta omnibus sacris & coronis, quoniam
fit lugubris, virgine ejus nominis, propter amorem juvenis
Crocii, mutata in hunc fruticem. Id vulgus ignorans; ple-
rumque festa sua polluit, ederæ existimando, sicut in Poësis,
aut Libero patre, aut Sileno, quis omnino nescit quibus coro-
nentur. Smilace figunt codicilli, propriumq; materiæ est, ut
admoda auribus lævem sonum reddat. Ederæ mira proditur
natura ad experienda vina, si vas fiat ex ligno ejus, vina
transfluere, ac remanere aquam, si qua fuerit mista. Plura
consideranda. Infaustam, inquit, smilacem coronis. Con-
trarium lib. 21. cap. 9. docet. Folia in coronamentis, smila-
cis, & ederæ, corymbiq; earum obtinent principatum, de
quibus in fruticum loco abunde diximus. In antiquo codi-
ce locus hic in hunc sensum legitur. Folia milacis & hede-
ræ in coronamentum se dedere: coronæque earum obtinent
principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus.
Nos antiqui codicis lectione probamus. Vides Plin. parum
memorem eorum, quæ de smilace ante dixerat. Non tan-
tùm apud Romanos principatum in coronis obtinuit smi-
lax, sed etiam apud Græcos. Euripes in Bacch. I. act.
Thebanos smilace & hederæ coronari voluit.

ὁ Semeles altrices Thebæ
Coronamini hederæ
Florete, florete viridi
Smilaci pulchro fructu prædita
Et bacchamini quercus.
Aut abietis frondibus ornata.

Idem eadem Comedia.
— ἐπι δὲ ἔθεντο κισίνης
Στεφάνουδτι κισοφ
Βρύντι, βρύντι χλοηρᾷ
Σμίλακι κηλίκαφρῆτι
Καὶ κητοῦκακχιδῶτι θνός
Ἡ ἰλάτης κλάδισι
Imposuerunt sibi hederaceas
Coronas & quernas & ex smi-
lace florida.

Coronamentum è smilace passim vetribus frequenta-
tum, observatur in sacris & orgiis Bacchi. Athenæus.
lib. 5. Βασίλειον καὶ λυδῶν καὶ βακχευμῶν τὰς τράχας, καὶ ἰσχυρο-
μῶν τὰς ἰσχυροφῆσι, καὶ δὲ σμίλακι, καὶ ἀμπέλι καὶ κισοφ. Bassaras
& Lydas vocant, passis crinibus, & coronate quedam ser-
pentibus, aliæ smilace, vitæ, hederæ. Illà Insula aurea tota
Bacchi, quæ pingitur in imaginibus, representatur κη-
τιφῆσι κητιφῆσι καὶ σμίλακι, καὶ ἀμπέλι. Adumbrata hederæ, &
smilace & vineis. Ulysses, ut refert Synesius, Polyphemo
suadet, ut Galatæ excepturus, adornet coronas ex hede-
ræ & smilace. ἐπὶ δὲ κέκλιον, εἰ καὶ στεφάνους κηροκλάσειο κί-
του καὶ σμίλακα οἷς στυτόν καὶ τὴ παιδικὰ ἀναδύοιτο. Etiam
pulchrius, si & coronas adornes hederæ & smilacis, quibus te
ipsum & amasios redimas. Helychius, σμίλαξ, δένδρον εἰς ἃ πεί-
νῃ ἀδμοί σμίλακα ἢ στεφανοῦνται. Hæc smilax qua corona-
bantur, ea est ipsa quam coronis infaustam tradit Plinius,
vocis πολυσημία deceptus. Nam taxea, quæ & smilax, co-
rona infausta. Statius.

— En taxea marcet
Sylva comis, bilaresq; hederas, plorata cupressus
Excludit ramis.

Fabulosum igitur quod scribit, vulgus præ ignorantia
smilacem pro hederæ in coronis usurpasse. Sic & figmen-
tum, infaustam coronis smilacem fuisse. Ratio quam ad-
fert frivola est. Certè si hæc ratio valeret: infausta co-
ronis est smilax, quod virgo cognominis in hunc florem
versa sit, propter vesanum amorem adolescentis Crocii,
nulli ferè flores in coronamenta admittendi forent, quia
omnes ferè lugubres habent fabulas. Hederæ, ut jam re-
tuli, ex lugubri nata historia. Idem de lauro supra memo-
ravi. De pino nihil dicam, de narcisso tacebo, cyparissum
myrtum, dendrolibamum, violam aliasq; plures omitam.
Profectò, si Plinii quicquam valet ratio, hyacinthus præ
cæteris infortunatus, ac maximè infaustus censeri debet,
qui lugubres etiam notas foliis præfert, ut ex duplici
fabula ostenditur. Pollux lib. 6. cap. 17. τὸ ἵ ἐν τῆς σφῆ-
κας

τοῖς ἀγῆσι, ῥέδα. ἴα, κέρνα κέρνα οὐκ αἰδῶ, γάρκιος, μέμνηται
τῶν παλαιῶν κρητῶν ἐν μαλακῆσι, ὡς περ καὶ κρημῶσι δάλοιοι κη-
μίλοι, ὅπερ λέω τῆς μιλιακῆς ἕδῃ. Horum flores in coronis lo-
cum habent, rosa viola, liliū cricus, hyacinthus, narcissus.
Plurimorum meminit Cratinus in μαλακῆσι, id est, delica-
tis sicut & cosmosandali & μίλου, id est, hederæ Ciliciæ, quæ
flos milacis sive smilacis. Cratini locus, quem citat Pollux,
est apud Athenæum lib. 15. Vide cap. 1. lib. 6. ubi de co-
ronariis plantis agit Theophrastus. Pergit Plinius. pro-
priūm q; inquit, materiæ est, ut admoda auribus levè sonum
reddat. Idem repetit lib. 24. cap. 10. Illam esse smilacem
priorem, cuius lignum ad aures sonare diximus. Certè levis
fit oportet sonitus, qui audiri non potest. Ederæ, inquit,
mira proditur natura, ad experienda vina, si vas fiat, &c.
Hoc Cato, ut supra dixi, de vulgari hederæ, non de Cili-
cia, de qua hoc tradere videtur Plinius. Vas hoc Græcis
κισοφῆσι vocatur. Hujus mentio fit apud Homerū Odyf. I.
κισοφῆσι μὴ κρητῶν ἔχων μίλου οἶνοιο. Interpres ποτήριον οἷς
κισοφῆσι ζύλου, poculum ex ligno hederæ factū. Pollux lib. 6.
cap. 16. τὸ ἵ κισοφῆσι, κισοφῆσι ἀφ' ἧς τὸ δῆμα. Scribe
τὸ δὲ κισοφῆσι, ὁ κισοφῆσι ἀφ' ἧς τὸ δῆμα. Quod hederæ
ambit, unde & nomen. Immo quod ex hederæ factum est,
non quod hederæ ambit. Helych. κισοφῆσι, τὸ ἐν κισοφῆσι
ζύλου ποτήριον, καὶ ὁ σκύφῃ, Cissubium ex hederaceo ligno po-
culum & scyphus. De poculo cissymbio vide Macrob.
lib. 5. Saturn. cap. 21.

Ἐστὶ μὲν ἰπυλοκαρπον. Corruptus codex. Lege cum do-
ctiff. Gaza, ἢ ἡ σμίλαξ ἐστὶ ἐν ἰπυλοκακῶ. Frustra vir ma-
gnus contendit legendū, ἰπυλοκακῶ, nulli infidet fructus.
Ἐπαλόκαρπα dicuntur, quæ aliarum plantarum sulca su-
stentaculo quasi fructificant; qualis non est smilax, sed
ἰπυλοκακῶ. Helych. σμίλαξ, κητιφῆσι φυτῶν ἰλισομῶν.
ἔπι δὲ αἰεὶ σφῆσι τὸ ἕψ. & λεπτοὺς ἀνίσι κλάνας, καὶ τὰ ἰγνῶς
ἰσηστῶν κητιφῆσι φυτῶν, ὡς κητιφῆσι τῶν αὐτῶν. Smilax
hederacea planta, quæ sese volvit, serpente semper in al-
tium, tenuiā emittit virgulta, plantafq; vicinas amplectitur,
adèd ut ab ipso suffocentur. Agineta, Aetius, & ἡ τερχῶα
τῆς διδῶσι ἀπὸ σπυρομῆσι, & aspera quæ arbores amplectitur.
Gal. μιλιαξ ἢ τερχῶα κληματῶσι ἐπὶ αἰσθητῶσι καὶ τῶν διδῶσι
πολυειδῶσι ἀνω καὶ κατω. Milax aspera clavicularis prædita est,
varie namque arboribus circumvolvit sursum, deorsum.
Diosc. lib. 4. cap. 144. ἰλισομῆσι τῆς διδῶσι ὡς ἀνω
κατω πομῆσι, & sese arboribus circumvolvit, per eas sursum
deorsumque repens.

Ὁ δὲ κωλῶς ἀκακῆσι, καὶ ὡς περ ὀρθοκακῶν. Ald. & Bal.
ὁ ἵ καρπὸς ἀκακῆσι, καὶ ὡς περ ὀρθοκακῶν. Vulgatam serva le-
ctionem, sed lege ὀρθοκακῶς, id est, arrectis spinis muni-
catus. Falsum est, ut ex ipso probatur Theophrasto, spi-
nosum fructum habere asperam smilacem, sed spinosis
constat cauliculis, Diosc. & κληματῶσι πολλὰ, λεπτὰ, ἀκακῆσι
ὡς πάλιν ὁ βόας. Sarmenca multa, tenuia, paliuri aut ru-
bi modo spinosa. Plinius Densis geniculata cauliculis spino-
sis, fruticosa ramis.

Τὸ ἵ φύλλον κητιφῆσι, μικρὸν ἀγῆσι, καὶ τὴν μίχον ἀπὸ σφῆσι
ποτηγῆσι. Plin. Folio hederaceo parvo, non anguloso. Corri-
gunt ἰσῆσι, idque quod Theoph. codices lib. I. cap. 16.
habent τὰ δὲ εἰς ἐξὺ σφῆσι, καὶ τῶν κητιφῆσι καὶ τῶν
σμίλακος. Vulgatam lectionem defendit Plinius, & ipsius
herbæ figura. Frustra Plinii codicem corruptū scribitur,
cum ipsius Theophr. lib. I. c. 16. corruptus sit. Ex Plin-
io constat Theophrastum scripsisse, τὰ δὲ τῶν κητιφῆσι
καὶ τῶν κητιφῆσι τὸ δὲ κητιφῆσι. mucronata, inquit, lib. 16. cap. 24.
malo, angulosa hederæ. Folia hederæ angulosa, antequam
fructum ferat, ipsa autopsia docet. Quomodo locus lib. I.
restitui debeat, dixi: in hunc scilicet sensum, τὰ δὲ εἰς ἐξὺ
σφῆσι, καὶ τῶν κητιφῆσι τὰ δὲ τῶν κητιφῆσι, καὶ τῶν
καὶ τῶν κητιφῆσι. In acutum definiunt smilacis folia, angulosa
sunt hederæ: inspicie iconem, vel ipsam plantam & judi-
ca. μικρὸν dixit, respectu hederæ, alioquin parva non sunt.
Falluntur qui Plin. lib. 24. cap. 11. smilacis hujus folium
hederæ comparare existimant. De lævi smilace loquitur.
smilax quoque, inquit, qui & nicephoros appellatur simili-
tudinem hederæ habet, tenuioribus foliis. Nicephoros smi-
lax lævis dicitur, non aspera. Diosc. periclymeno com-
parat, φύλλα ἔχει ἀπὸ κλημῆσι ὁμοία. Periclymeno hederæ
folia: cum periclymeno convenit, si spinas demas, luna-
tamq; circa pediculum partē, magis etiā splendens est.
Melioem, tradit Theoph. descriptionem quam Diosco-
rides: spinosam tum extremo tum lateribus lib. I. c. 16.
tradidit Theophrastus, quod ipsa comprobatur experientia.

Νοτηγῆσι. doctiff. Constant. corrigat ἀγωνῆσι, idque
quia circa pediculum lunatum est &c. Vide ejusdem no-
tas. Negant Botanici smilacis folium angulosum; nec
quia circa pediculum lunatum, ideo angulosum dici de-
bet. Legunt alii πατύπερον. Certè latius est circa pedicu-
lum; sensum enim in mucronem definit. Sed non video,
A a 2 cur

cur vulgatam rejiciant lectionem. Humectum, circa an- nexum pediculi, smilacis folium.

